MASTER NEGATIVE
NO. 93-81630-18

AUTHOR:

BENDIXEN, J.

TITLE:

DE ETHICORUM NICOMACHEORUM...

PLACE:

PLOENAE

DATE:

1854

Master Negative #
93-81630-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Bendixen, J
De Ethicorum Nicomachoorum integritate commentatio, qua ad examen scholae Ploenensis ... invitat J. Bendixen ... Ploenae, 1854.
30 p. 26 cm.

Vol. of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/11/93 INITIALS B.E
FILMED BY: Research Publications, Inc.

De ETHICORUM NICOMACHEORUM integritate COMMENTATIO,

qua ad

EXAMEN SCHOLAE PLOENENSIS

d. d. IV. VI. VII. m. Aprilis

instituendum

OMNES INGENUARUM ARTIUM FAUTORES

humanissime invitat

J. Bendixen,
professor, scholae rector.

PLOENAE MDCCCLIV.

Commentatio

de *Ethicorum Nicomacheorum* integritate.

Scripsit

J. Bendixen,
professor, scholae Ploenensis rector.

Ploenae 1854.

In diiudicanda aliqua controversia, quæ viros doctos diu vexavit, si quando accidit, ut duo viri doctissimi, eiusque artis, e cuius legibus maxime disceptanda est, facile principes, ita a se dissentiant et discedant, ut quidquid alter aiat, alter id neget, ipsa illa sententiarum in summis iudicibus gravissima repugnantia conciliantem aliquam, ut ita dicam, vim et potestatem, qua ceterorum virorum doctorum de re controversa consensio quædam vel efficiatur vel præparetur, interdum in se continere atque afferre videtur. Quæ sive aliis in causis, sive in pari utriusque viri gravissimi apud nos auctoritate maxime posita est, qua quominus alterutri plane assentiamur, contraria alterius sententia prohibemur, et aliis aliorum temporum exemplis luculentis celebratur, et nostra ætate haud scio an vel plurimum ad compositionem illam atque concordiam contulerit, qua de Aristoteleorum illorum Ethicorum rationibus atque originibus, — continuo post gravissimam illam Schleiermacheri et Spengelii, virorum clarissimorum, hac de re dissensionem, — homines docti ad consentientem aliquam sententiam paulatim nunc maxime accedere videntur. Inter quos duo imprimis viri docti [1]) magno sane consensu medium quendam inter opposita illa cursum instituere et media quadam via ad componendam illam impeditam controversiam pervenire nuper conati sunt. Docent enim, virorum illorum clarissimorum neutrum hac quidem in causa rem prorsus ex veritate æstimasse, neutrum ab ea plane descivisse, utrumque ex altera parte recte, ex altera perperam ea, quæ hac in causa rem ipsam maxime continerent, esse interpretatum; de trium autem illorum librorum, qui totidem fere verbis et in Nicomacheis et in Eudemiis conscripti exstant, (V. VI. VII. E. N. IV. V. VI E. E.) sic

[1]) De Ethicis Nicomacheis et Eudemiis nomine Aristotelis inscriptis diss. E. A. M. Fischeri. Bonæ 1847. — Eudemi Rhodii Ethica edid. Ad. Th. H. Fritschius. Ratisbonæ 1851.

fere disputant: iniuria quadam temporum factum esse videri, ut ex opere Ethicor. Eudemiorum unus liber, (IVt.) e Nicomacheis duo (VIt. et VIIm.) interirent; librariorum autem solertiam utrique operi sic mutilato eo subvenisse, quod ex Ethicis Eudemiis duos libros (V VI) in eorum locum, qui e Nicomacheis interissent, (VIt. VIIm.) substituerent, et unum e Nicomacheis (Vt.) in Eudemiorum Ethicorum corpus reciperent. — Sed tamen in naufragio illo ceterarum partium libri IVti Ethic. Eudemiorum miro quodam casu sic evenisse, ut ultimum libri illius caput servaretur. Itaque, quo consilio etiam nunc navigantes, si quando vagam aliquam, in alto mari fluitantem scapham, gubernaculo destitutam, offenderint, remulco eam ad puppim magnæ alicuius navis mercatoriæ alligare soleant: simillimo plane artificio libri illius reliquias, ne oblivione hominum plane obruerentur, provida librariorum cautione et diligentia ad clausulam libri Vt. Ethic. Nicomacheorum esse adiunctas. Ita vero factum esse, ut et ceterorum librorum ope atque auxilio ultimum illud libri IVti E. E. caput salvum ad nos et tutum quasi in portum pervenerit, et ut huiusce vicissim capitis ope atque auxilio facillime deprehendi potuerit mutua illa librorum utrimque in utrumque opus clam importatorum sive fraus sive adoptio. Quicunque enim, quæ in illo capite (XV. libri V Nicom.) exstent, ineptæ atque hiulcæ alicuius conglutinationis atque colligationis indicia longius persequatur, eum non paucis discrepantiæ alicuius, qua proximi duo libri (VIt. et VIIm.) Nicomacheorum a reliquo Nicom. Ethic. corpore discedant, signis et vestigiis mox impeditum iri, quominus eos diutius pro Nicomacheis habeat. Inesse enim hæc indicia satis multa et gravia et in oratione, et in conformatione, et in ipsa de moribus doctrina horum librorum. Tantum enim abesse, ut Eudemus Rhodius, nobilissimus facile præter Theophrastum philosophus e familia Peripateticorum, in interpretandis Nicomacheis acquieverit, ut satis multa, quæ in illis essent inchoata perfecerit, quædam limatius, subtilius, doctius, alia ad ipsa honestatis studia in legentibus excitanda accommodatius, alia cum maiore divini numinis religione in suo opere docuerit atque exposuerit. Atque cum ex aliarum rerum discrepantia, tum ex illis emendatæ in his libris Aristoteleæ morum disciplinæ vestigiis, et ex illa Eudemiorum Ethicorum excellentia vel maxime sequi, libros illos duos præter caput illud XV. libri Vti. Nicom., ut suum utrisque reddatur, Eudemiorum operi esse restituendos, atque eximendos esse posthæc e corpore Nicomacheorum. Hæc illi, pleraque omnia, maximo iudiciorum inter se consensu.

At ipsis antiquarum literarum studiis magno, ut ita dicam, constabit hæc iudiciorum consensio, et redimenda erit admodum gravi elegantissimi operis Aristotelei iactura. Quam quidem, si ex veritatis rationibus efficiatur, licet ex ipsorum Nicomacheorum præceptis, quominus toleranter feramus, non recusare debeamus; magnopere tamen

hac in causa nobis cavendum esse videtur, ne iacturæ illius gravitas maior sit ipso illorum argumentorum pondere, quibus homines docti de ea et sibi persuaderi passi et persuadere nobis conati sint. Quod cur verear, hoc libello, quam brevissime fieri poterit, exponere conabor.

Iam vero, ut inde procedat disputatio nostra, cum viri illi docti omnes suas de Aristotelea illorum duorum librorum origine suspiciones e quadam conformationis, orationis, doctrinæ discrepantia, qua a reliquo Nicomacheorum corpore differrent, ad Eudemiorum propius accederent, quasi e tribus dubitationum rivulis repetierint: nobis ut huic disputationi satis firma ponamus fundamenta et causæ nostræ satis idonea paremus firmamenta, primum paulo altius adscendendum erit ad ipsos fontes ut omnium pæne similitudinum, sic discrepantiarum permultarum, quæ in utroque, et Nicomacheorum et Eudem. Ethic., corpore insunt: ad ipsas dicimus utriusque operis origines. Quas nisi respexerimus, quantum singulis quibusdam alicuius congruentiæ vel discrepantiæ vestigiis atque exemplis in utriusque operis partibus tribuendum sit, fieri posse non videtur, ut recte æstimemus. Itaque disputationem nostram tribuemus duas in partes, quarum altera pauca quædam de simillimis his, iisdemque disiunctissimis utriusque operis fontibus atque originibus, et quid momenti haec illorum ratio ad utriusque operis conformationem habuisse videatur, monebimus; altera suspiciones illas et coniecturas virorum doctorum strictim persequemur.

Atque de illa originum utriusque operis cognatione et differentia rem ita brevissime expediemus, si dixerimus, Nicomacheorum opus principia et fundamenta continere recentis alicuius doctrinæ: Eudemia Ethica eiusdem disciplinæ iam adultae et corroboratae praecepta, exempla, argumenta; altera posita et inchoata a summo illo philosopho, qui in omnibus, quae scribebat, prorsus suus: altera transscripta ex Ethicis Nicomacheis et iterando repetita a sectatore quodam, qui in omnibus paene alienus esset, neque quidquam fere novi ad res, de quibus disputaret, attulisse videretur, nisi consilium, quo de iis scriberet.

Itaque in Eudemiis omnia fere, quae in Nicomacheis, sed multa non eodem modo, plurima mutato rerum tractandarum ordine. De mutata illa apud Eudemum virtutum moralium recensione (Lib. III) iam alii monuerunt: sed sunt praeterea plurima. Liber Im. E. E. incipit a capite IXmo. libri Imi. Nicomacheorum; liber II a capite VIIIvo. libri Imi. Nic.; liber IIItius a libri tertii Nicomacheorum capite VIIIvo. Eadem in clausulis singulorum librorum differentia: libri Imi. E. E. caput ultimum exit in disputationem de iis rebus, quae in Nicomacheis III 3. I. 1. traditae sunt; IIdi. l. E. E. clausula continet

quae in IIItii libr. Nic. cap. IVto leguntur; IIItius liber E. E. earum rerum commentatione finitur, quae exstant in IIdi. lib. Nicom. cap. VIIIvo. Cuius discrepantiae rationes quaerentibus primus ille primi libri E. E. locus luculento esse potest documento, Eudemum in suis Ethicis saepenumero id maxime egisse, ut quod Aristoteles sensim pedetentimque succedens, rationibus omnibus computatis, ut summam quandam singularum disputationum in earum clausulis posuisset, id ut certum philosophorum decretum ipsis habendis disputationibus praeponeret. Eiusdem consilii alterum exemplum et documentum insigne invenitur in Imo. cap. lib. IIdi. E. E.: quo loco, praeposita **beatae vitae** definitione, argumenta illa, quibus apud Aristotelem eadem illa definitio praemunitur ex octo capitibus Nicom. (cf. L. I cap. 1. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13) collata, in paucas lineas constipantur (a verbis *ὅτι δὲ τὸ γένος — — ὅμοιοι γὰρ οἱ καθεύδοντες πάντες* 1219 a 39 — b 18). Sed cum haec Eudemi summa imis miscendi ratio latissime pateat, tum omnino non ex illo, quod diximus, studio omnibus locis explicari potest: immo, qui de mutato quodam totius operis consilio nobiscum non consentiat, ei saepenumero nulla alia optio relinqui videtur, nisi utrum eam ortam esse malit ex inconsiderata quadam festinatione, an e vana quadam subtilioris doctrinae ostentatione, an ex ingenua et simplici quadam pietate, qua sectator ille Aristotelis sibi persuasisset, quidquid summus magister novissime in Nicomacheis dixisset, id cuique Eudemiorum loco fore quam maxime accommodatum. An quisquam est, qui aliam praeterea rationem afferre possit, cur Eudemus non solum, ut vidimus, singulis in libris prima mediis, utraque ultimis miscuerit, sed etiam e mediis libris Nicomacheorum quaedam in primos[1]), quin etiam ex ultimo Nic. libro non

[1]) cf. E. E. Lib. II cap. 4. 1221 b 29 et E. N. VI. 1. 1139 a 6. — E. E. L. I cap. 6. 1217 a 15 et E. N. VI. 10. 1242 b 23. — E. E. L. II cap. 7 — 10 passim et L. N. III et VII. — Inprimis L. II cap. 11 omnino e libri VI E. N. disputationibus ita est præceptum, ut studiosissimus Eudemi, qui nostra ætate exstitit, defensor et patronus in elegantissima illa, quam adornavit, E. E. editione, fateatur, hoc quidem caput omnino non posse intelligi quid sibi velit, nisi liber E. N. VI perlegatur. „Mussitabis, inquit, aut Davus sum non Oedipus; aut si non vis intelligi, non debes legi: neque prius hæc verba (p. 60 editionis illius) intelliges, quam quæ pag. 145 (eiusd. edition.) scripta sunt, cognoveris." Quod vero vir doctus ex his ipsis libri II E. E. tenebris lucem quandam, ut ita dicam, nobis oboriri censet, qua eundem Eudemum librum VI E. N. scribere debuisse perspiciamus, ea quidem argumentatio vix satis dici potest, quam sit lubrica: scriptorem aliquem, quia altero loco dilucida obscura fecerit, eundem esse debere, qui obscurata altero loco reddiderit dilucida. Loci illius ratio eadem fere esse videtur, quæ E. E. II 1. 1219 b. 1—13.

In hac autem disputatione omnino nihil refert, utrum libros illos duos (VI VII) Aristotelis esse censeas, an Eudemi.

pauca in primum E. Eud.: in ultimum E. E. quaedam e primo Nicom. Eth. transtulerit[1])? De hoc autem utriusque operis discrimine primum monendum, et in annotatione pluribus disputandum esse putavimus, quod in eo permultum inesse credimus, quo elevetur eorum argumentorum fides, quibus viri docti, libros illos duos Eudemiorum efficere partes, ut ita dicam, nativas demonstrare conentur. Nam quod saepissime monent, legi in duobus illis libris hic illic sententiam, vel, vocem aliquam, cuius in Nicomacheis nulla ante, — in Eudemiis semel, vel etiam saepius iam sit facta aliqua mentio, hoc quantulum valeat ad

[1]) Cuius quidem, in hac causa gravissimæ, rei, quum non meminerim viros doctos mentionem facere, vel exempla præter illud de Anaxagora (E. N. X. 9. 1179 a 13. cf. E. E. I. 5. 1216 a 11) ullo loco afferre, quædam hic apponam, eiusmodi maxime, e quibus effici censeam: etiam in illarum rerum mentione, quæ in Im. et Xm. Nicomacheor. libris similiter tractarentur, Eudemum nunquam non Xmi libri Nicom., neglecto Imo libro, persecutum esse vestigia. —

1) Pueros nondum idoneos esse, quibus morum doctrina tradatur, Aristoteles docet et in Imo et in Xmo Nicom. libro. In decimo præterea monet, virorum civilium poenis homines incontinentes coerceri debere, item stultos castigatione aliqua, non admonitionibus esse coercendos. Eudemus in lib. I negligit Imum E. N. librum, sequitur eam sententiarum seriem, quæ est in X mo l. E. N. cf. E. N. I *Ἔτι δε ταῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὤν, ματαίως κ. τ. λ.* 1095 a 4. E. N. X 7. 1180 a 11 b 8 *τὸν δὲ φαῦλον ἡδονῆς ὀρεγόμενον λύπῃ κολάζεσθαι.* E. E. I. 3. 1214 b. 32. 33. *Δέονται — οἱ δε κολάσεως ἰατρικῆς ἢ πολιτικῆς.*

2) In lib. Im. Nicom. negat Aristoteles virtutem hominis positam esse in quodam animi habitu: nam dormientibus quoque eundem manere habitum, qui fuerit vigilantibus, dormientes vero non posse esse beatos: in X libr. addit: *καὶ γὰρ τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἄν, φυτοῦ ζῶντι βίον.* 1176 a 34. cf: E. E. lib. I cap. 5 1216 a 11 eadem de re: *τί γὰρ διαφέρει — ἢ ζῆν ὄντα — — φυτόν.* —

3) De studiis eorum virorum, qui res publicas capessant, in libro Im. Nicom. Aristoteles monet, sæpenumero fieri, ut gloria maxime moveantur, — in X libro præterea, ut regnandi quadam cupiditate incitentur. Eudemus sententias Xmi libri iam in Imo amplectitur. cf. E. N. *οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοὶ τιμήν. (φαίνονται προαιρούμενοι). τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο τέλος.* E. N. I. 3. 1095 b 22. E. N. L. X. 7 1177 b 13. *ἡ τοῦ πολιτικοῦ ἄσχολος καὶ περιποιουμένη δυναστείας καὶ τιμάς.* — E. E. l. I. 5. 1216 a 26. *οἱ δὲ πολλοὶ (ἄνδρες πολιτικοὶ) χρημάτων καὶ πλεονεξίας ἕνεκα ἅπτονται τοῦ ζῆν οὕτως.*

4) De vita infantium puerorum Arist. in Im. libr. Nicom. docet beatitudinis eam nondum dici posse esse participem: in libro X monet præterea: nullum hominem morti vitam ea conditione esse prælaturum, ut etiam provecta ætate mente vivat infantis. Eudemus omittit primi libri, proponit decimi sententiam.

cf. E. N. I. 10. 1100 a 2. *διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν.* E. N. X 2. 1174 a 1. *οὐδεὶς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν-*

eam rem demonstrandam, quis est quin perspiciat, dummodo reputet in Eudemiis nobis rem esse cum aliquo omnis eius, qui in Nicomacheis sit, rerum tractatarum ordinis emendatore vel perturbatore?

Sed iam ab hoc discrimine utriusque operis ad alia transeamus, quae item maximam partem orta esse nobis videntur e diversissimis utriusque originibus. Monuimus iam ante, Nicomachea videri principia et fundamenta recentis alicuius disciplinae continere; E. E. monumenta eiusdem iam, ut ita dicam, adultae et corroboratae: addere

---

ἔχων. — cf. E. E. 1. 5. 1216 a 6. πρὸς δὲ τούτοις ὁ βίος, ὃν ζῶσιν ἔτι παῖδες ὄντες, καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦτον ἀνακάμψαι οὐδεὶς ἂν ὑπομεινείεν εὖ φρονῶν.

5) Genera bonorum Aristot. primo libr. tria esse constituit, quorum nullum Im. libr. ita ponitur, ut necessitatis tantum alicuius locum et ordinem occupet, sine cuius ope veris bonis frui nobis non liceat.

Eudemus contra libr. I ita de iis disputat, et I cap. libr. IIdi. duo tantum bonorum genera esse docet. Utriusque rei causa inest in Xmi libri E. N. verbis.

cf. E. N. X 9. 1179 a 2. εἰ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μακάριον εἶναι — quæ opponuntur τῇ τῆς θεωρίας ἡδονῇ — et proximis. — cf. E. E. I. 2. 1214 b 3. μάλιστα — δεῖ — διορίσασθαι — ἐν τίνι — τὸ ζῆν εὖ καὶ τίνων ἄνευ οὐκ — E. E. II 1. 1218 b 32.

6) Summa mentis humanae virtus ab Arist. in lib. I semper νοῦς, nullo loco διάνοια appellatur, (cuius prim. libro ne nomen quidem exstat); ab Eudemo in lib. I saepe διάνοια. cf. E. E. 1. 1. 1214 a 29 passim cf. E. N. X 3. 1174 b 2. I passim.

Plura ponere poteram: quae attuli sufficere puto ad rem, quae hic agitur, illustrandam. Unum addam: ex hoc respectu, quem ad libr. X Nicom. Eudemus in primo libro saepissime habeat, etiam verborum quorundam exempla hoc in libro ducenda esse videri, quibus ceteris in libris Eudem. non utatur; velut cap. VIII συντόμως. 1217 b 19 cf. E. N. X b 1176 a 33. συντομώτερος ἂν εἴη ὁ λόγος. Similiter vero, ut ex ultimo Nicom. in primum, — e primo vicissim Nicom. in ultimum librum sui operis quaedam transposuisse Eudemus videtur. cf. E. N. 1. 2. p. 1194 b 15. τοιαύτην δε πλάνην καὶ διαφορὰν ἔχει καὶ τ' ἀγαθὰ διὰ — — βλάβας ἀπ' αὐτῶν. — E. E. VII 15 ead. de re 1248 b 18 ἔχει δὲ διαφοράν — 1248 b 29. 30. ἀγαθὰ — ἐνδέχεται δ' εἶναι βλαβερὰ διὰ τὰς ἕξεις. — cf. praeterea simillima, quae Arist. primo in libro disputat de homine, quem appellat φιλόκαλον, (N. 1. 9. 1094 a 13 et proxima) Eudemus l. VII καλὸν καὶ ἀγαθόν. (Cap. XV. p. 1248 b): et E. N. 1. 13 p. 1102 a. 10 παράδειγμα — ἔχομεν — τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται. (cf. E. N. X 10. 1180. a 24), E. E. VII 15. 1248 b 37. ἔστι δὲ τις ἕξις πολιτική, οἷαν οἱ Λάκωνες ἔχουσιν, ἢ ἄλλοι τοιοῦτοι ἔχοιεν ἄν.

potueram: principia illa atque initia ex ipsius vitae et domesticae et publicae usu atque commercio ab Aristotele esse hausta: monumenta illa, ut ex opere magistri ab Eudemo transcripta, ita ex eius commentariolis hic illic paululum videri aucta, atque emendata. Utriusque rei vis in utroque opere conformando maxima fuisse videtur. Primum enim Aristoteles toto fere opere multo magis est sollicitus de fundamentis eius disciplinae prudenter iaciendis, quam de structura singularum partium exaedificanda;[1]) multo certior de rebus, quas tradat, quam de nominibus, quibus eas describat; in via vero et ratione disputationis tum primum instituenda tam diligens est, ut in primo libro plus decies animum revocet, si quando in aliena excurrere videatur.

Haec omnia paene contra apud Eudemum. Nullo facile loco ille haeret, de omnibus fere confidentius iudicat ipso magistro. Praeterea Aristotelem, perspicacissimum illum ut omnis, ita humanae, naturae spectatorem, speculatorem, exploratorem, neque in exemplis, quae ex vitae humanae theatris ipse collegerat, neque in praeceptis, quae de moribus et civitatibus hominum recte moderandis erat propositurus, fugere poterat, quantopere et quam facile confinia illa virtutum, vitiorum, morum humanorum, quae ars notionum finibus distinguere conaretur, in ipsius vitae usu confunderentur: atque ex hac causa vel maxime profecta esse videtur illa in Nicomacheis saepissime iterata cautio, admonitio, deprecatio, ne lectores quid eorum, quae de moribus doceret vel praeciperet, ad calculos revocarent, vel ad vivum resecarent.[2]) Acerrimam illam rerum normam et regulam et ab institutae disputationis consilio alienam esse, et ab ipso genere rerum, quae tanquam materia his disputationibus essent subiectae. — De quibus omnibus Eudemum, de scripto scilicet dictata magistri quasi recitantem, tam securum in E. Eudemiis videmus, ut vocem illam, — τοῦ τύπου — sexcenties ab Aristotele in Nicom. in his cautionibus usurpatam, toto opere ne semel quidem ab Eudem. adhibitam inveniamus.

Apud Aristotelem denique ex utraque illa, quam supra diximus, causa: ex illa scriptoris novas res pertentantis haesitatione, et e rerum ipsarum mobili quadam inconstantia, ducenda esse videtur inconstans illa et quasi fluctuans ratio, qua Aristoteles in Nicomacheis, si quando humanarum actionum, virtutum, rerum gradus, ambitus,

---

[1]) E. N. 1. 7. 1098 b 7. δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ ἥμισυ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. 1098 a 25. παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον.

[2]) Ut pauca quaedam de multis ponam: cf. τύπῳ. 1. 1. 1094 a. 25. παχυλῶς καὶ τύπῳ. 1. 1. 1094 b 20. ἱκανῶς — — εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην. 1094 b 12. 1104 a 1. οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει. 1104 a 4. οὔτ' ἀκριβὲς 1104 a b. 1109 b 13. 1112 a 13 passim.

fines in censum, ut ita dicam, veniunt, in earum terminatione saepenumero modo ipse magnopere fluctuat atque haesitat, modo negligentius et confidentius festinat et properat.[1])

Unum addam, quod quamquam in omnes, qui ad nostram aetatem pervenerunt, libros Aristotelis valet, quominus praeteriri posse videatur, disputatio illa virorum doctorum prohibet. Ut Aristoteles omnium, qui in Graecia floruerunt, philosophorum minime is homo fuit, qui infinitis inquisitionibus finem, infinitis rebus et studiis modum aliquem esse statuendum putaret, ita in nulla, quam libris suis pertractavit, doctrina, unquam tam mirifice placuisse sibi videtur, ut nihil iam ei deesse, vel magis desiderari censeret quam ipsorum librorum, quibus traderetur, expolitionem quandam, et ultimam scriptoris manum, qua Colophonem, ut aiunt, iis imponeret. Eadem Nicomacheorum est ratio. Etiam in his, ut in plerisque libris Aristotelis, qui ad nostra tempora pervenerunt, hic illic crudae cuiusdam neque satis expolitae conformationis vestigia: locos dicimus quosdam primis lineis designatos, impeditos, tortuosos, sententias quasdam exiliter iteratas, effata quaedam, quae verborum pondera aestimantibus inter se repugnare,[2]) — vel quae, festinantius in primis libris transacta, secundis auctoris curis in disputationis progressu diligentius circumscripta atque emendata esse videantur.[3])

Quae cum ita sint, omnis disputatio, quae testimoniorum extrinsecus adductorum fide atque auctoritate omnino destituta, e solis convenientiae atque discrepantiae alicuius indiciis partem aliquam illorum librorum, vel libros aliquos totius operis Aristoteli abiudicat, Eudemo addicit, admodum lubrica est et plurimas habet cautiones. Concedamus enim, inesse quaedam in Nicomacheis, quae non optime sibi respondere, vel etiam quae repugnare aliqua ex parte videantur; inesse quaedam, quae Eudemiorum quibusdam capitibus, praeceptis, effatis, verbis melius quam Nicomacheorum quibusdam partibus convenire videantur, quid ex his convenientiae atque discrepantiae alicuius vestigiis de origine illarum partium vel Aristotelea vel Eudemia in hoc quidem opere effici putabimus? Si quidem constat, Eudemum et legisse Nicomachea, antequam sua scriberet, et in rerum verborumque delectu Nicomacheorum diligentissime persecutum esse vestigia; ordinem vero rerum, et sententiarum seriem atque continuationem ita eum immutasse, ut quæ novissime in Nicomacheis disputata essent, ea in suis libris sæpenu-

[1]) cf. E. N. I. 9. 1099 a 32. E. N. II. 1. 1103 b 25. II 8. 1108 b 5. III 14. 1118 a 27. II 7. 1108 a 15. II 9. 1109 b 24. III 14. 1119 a 2 passim.

[2]) E. N. I. 11. 1101 b 1 seq. cf. E. N. III 9. 1115 a 27. — E. N. IV. 7. 1123 b 20. cf. I 9. 1169 b 10.

[3]) E. N. II 1. 1103 a 20. cf. V 10. 1131 b 31.

mero quam primum proposuerit. Nicomacheorum vero etiam non dubios libros quædam continere, quæ non omni ex parte commode sese excipiant.

Neque vero nos hæc ita disputamus, quo omnibus ex ipsis Ethicorum, sive Nicom. sive Eudemiorum, libris arcessitis suspicionibus, hac quidem in causa, omnem fidem esse derogandam opinemur, sed quod hac nostra prolusione id quidem probasse existimamus, iis tantum argumentis, ex ipsorum librorum argumento et conformatione petitis, quæ nec levia neque ambigua, sed et perspicua, et de rebus gravioribus essent, in illa quidem quæstione aliquid deberi auctoritatis.

Iam vero, ut ad alteram disputationis partem transeamus, antequam de singulis illis offensionum, quae diximus, generibus et exemplis deinceps quæramus, primum de dissensione quadam ipsorum hominum illorum doctorum breviter monendum videtur, qua in probanda origine duorum illorum librorum a se discedant. Nam quum uterque eorum statuat, Aristotelis doctrinam moralem in E. E. hic illic esse emendatam, alter his repugnantis doctrinæ vestigiis plurimum tribuit, alter non multum auctoritatis ad indagandum illorum duorum librorum scriptorem. Qui plurimum: graviora ea esse monet, quam quæ emanasse ex eodem fonte et scripta esse ab eodem auctore videantur. Idem tamen homo doctus apud Eudemum, correctorem illum atque emendatorem doctrinæ Aristoteleæ, similia alicuius repugnantiæ exempla, quin ferri possint et debeant, omnino non dubitat. Alter vero homo doctus iis maxime nititur argumentis, quæ ex orationis atque conformationis illorum librorum quadam cum Eudemiis convenientia repetivit. Idem nihil repugnantiæ, nihil discrepantiæ in Eudemiis deprehendisse sibi videtur. Eidem Eudemus homo est concinnus, acri ingenio praeditus, de lucido rerum ordine sollicitus: Ethica vero Eudemia, dummodo libri illi duo e corpore Nicomacheorum iis restituantur, nulla censet artis atque concinnitatis laude egere. Nam, inquit, si quis cum Ethicis Eudemiis hos duos libros coniunxerit, prima extremis, extrema mediis, media utrisque egregie respondebunt, et in rebus ac sententiis, et in verbis ac locutionibus ita congruent, ut elaborata concinnitas, tanquam in opere artificio quodam et expolitione destincto, manifesto appareat.

Sed de hac virorum doctorum dissensione verbo monuisse satis est: neque enim nos, ipsis huiusce libelli angustiis impediti, id maxime agimus, ut contra illorum sententias disputemus, sed ut ad eorum virorum dubitationes respondeamus, quorum in animis ex illorum pereruditis disputationibus unus vel alter de Nicomacheorum integritate scrupulus resederit.

Incipiamus igitur ab illo crimine, quo maius vix in philosophi alicuius scripta conferri posse videtur: esse in ipsius doctrinae capitibus quaedam, quibus horum duorum librorum summa a reliquorum Nicomacheorum argumentis, sententiis, praeceptis omnino abeat. [1])

Sunt autem duo maxime, quibus viri docti in doctrina horum librorum sese offendi docent: primum eo, quod in ipsis virtutum humanarum et vitiorum generibus describendis libri VIti auctor unum utrorumque genus in hominibus interdum exstare

[1]) Iam vero, ut etiam illius concinnitatis quædam specimina proponantur, quæ, si libr. VI et VII. Nicom.cum E. E. corpore coniunxerimus, in opere illo, tanquam artificio quodam et expolitione destincto, manifesto apparere dicitur, — hac in annotatione quædam repugnantiæ cuiusdam in ipsis doctrinæ moralis argumentis tum orituræ, exempla breviter significabo.

1) E. E. 1. 1214 a 29 de *Διανοίᾳ. καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς διανοίας ἁπάσας πρὸς τὰς ἀπ' ἐπιστήμης ἄν τις συνάγαγοι πρᾶξεις.* cf. E. N. VI 10. 1142 b 6. *ἡ εὐβουλία ἐστιν οὔτ' ἐπιστήμης οὔτε δόξης, — διανοίας ἄρα λείπεται.*

2) Sapientiam Aristoteles a primo Nic. libro in summa vitae humanae bona refert, Eudemus eius in locum prudentiam substituit. E. E. 1 p. 1214 a 32. *οἱ μὲν γὰρ τὴν φρόνησιν μέγιστον φασὶν εἶναι ἀγαθόν.* cf. E. N. VI p. 1141 a 20. *ἄτοπον γὰρ εἴ τις τὴν — — φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶναι —*

3) Summae humanae scientiae vim, virtutem, facultatem cum Eudemus *φρίνησιν* esse statuat, magistram eam et dominam quasi quandam (*κυριάν*) ceterarum omnium (*πασῶν*) appellat. cf. E. E. I 8. 1218 b 12. E. E. VII cap. 13. cf. E. N. 13 1145 a 6 de prudentia (*φρόνησις*) disput. *ἀλλα μὴν οὐδὲ κυριά γὲ ἐστι τῆς σοφίας οὐδὲ τοῦ βελτιόνος μορίου.*

4) Partes illae animae humanae, in quibus augescendi et appetendi facultates inesse putantur (*Θρεπτικόν, ὀρεκτικόν*), Eudemus omnis humanae virtutis plane expertes esse iudicat, Aristoteles alteram tantum. E. E. II 1 p. 1219 b 39. *οὐδ' αἵ ἄρεται — — τοῦ Θρεπτικοῦ καὶ ὀρεκτικοῦ — ἀνθρώπου.* cf. E. N. VI 13. 1144 a 9.

5) Gravissimum apud Aristotelem discrimen intercedit inter vim verborum: *πράττειν* et *ποιεῖν*: alterum agere, alterum facere recte reddideris. Ethic. Eudemia ita ab eo discedunt, ut in primis duobus E. E. libris voces *ποιητικός* et *πρακτικός* itentidem positas inveniamus aut omnino contraria aut prorsus ambigua significatione cf. E. E. 1. 5. 1216 b 17. *ἐπιςτημῶν ποιητικῶν.* II 3. 1221 b 5. II 11. 1227 b 30. *πρακτικός. ἡ πρακτική χρηςτική ἐςτιν. χαλκεῦς γὰρ ποίει χαλινόν — χρῆται ὁ ἱππικος.* E. E. II 1. 1219 b 4. Etiamsi vero has turbas moverit, viri illi docti eundem hominem scripsisse volunt in libr. VI E. N. 4. 1140 a 2. *Ἕτερον δ' ἐςτὶ ποίηςις καὶ πρᾶξις. πιςτευόμεν δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. ὥςτε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ ἕτερον ἐστι τῆς — ποιητικῆς — καὶ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων.* — Egregiam sane emendationem eorum, quae in Nicomacheis non satis recte, nec satis accurate dicta esse viderentur, et homine concinno dignissimam!

atque inveniri doceat, quod Nicomachea omnino a genere et natura hominum esse remotissimum præcipiant. Deinde, quod liber VI E. N. legentibus faciat spem, fore, ut iis in disputationis progressu summa quædam morum regendorum lex vel regula exhibeatur. Aristotelem vero neque hoc in libro, neque alio Nicomacheorum loco huic promisso satisfacere. Iam vero, quum Ethicorum Eudemiorum reliqui libri et de illis virtutum vitiorumque humanorum generibus omnino cum his libris (VI VII) consentiant, et exspectationi illi summae alicuius, qua omnia humana regantur, legis proponendæ egregie satisfaciant, vix dubium cuiquam posse videri, utrius horum Ethicorum corporis libri illi duo quasi membra quædam sint nativa.

Quæ quidem omnia si, quam sunt ad speciem insignia, tam firma essent ad veritatis rationes, actum esset de Nicomacheis. Sed aut magnopere fallor, aut omnia sese habent longe aliter. Nam ut primum videamus de virtutibus illis et vitiis, in his quidem quæstio est de nativa quadam, a cunabulis, ut ita dicam, hominibus insita virtute, seu voluntatis quadam proclivitate ad honesta quæque, (*φυσικὴ ἀρέτη*), et de nimia quadam animi humani sive duritia sive indolentia et socordia, qua homines quidam ad corporis et dolores et voluptates etiam minus, quam par est, attenti esse dicuntur. (*ἀναιςθησία*) Inveniri utrumque genus in hominibus negasse Aristoteles, docuisse Eudemus dicitur: cum Eudemo etiam VI et VII lib. Nicomacheorum. Itaque ne repugnantia [1]) inter se tradidisse videatur Aristoteles, libros illos Eudemiis esse reddendos.

Ad hæc autem virorum doctorum iudicia respondere possumus: concedamus, in his inesse sententiarum aliquam repugnantiam: utique non est de rebus gravioribus. Cur igitur ipsius Aristotelis esse negatur? cur libri illi Eudemi esse dicuntur? Præsertim, quum neque in aliis libris Aristoteles sibi ab hac iudiciorum discrepantia in rebus levioribus satis cavisse videatur, [2]) Eudemus vero eadem illa iisdem de rebus iudiciorum

[1]) Loci, in quibus illa iudiciorum repugnantia maxime inesse dicitur, sunt E. N. II 7. 1107 b 6. *Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ γίνονται — ἔστωσαν δὲ ἀναίσθητοι.* Ead. III. 14. 1119 a 5. *οὐ γάρ ἀνθρωπική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία — — —* cf. E. N. VII 11. 1151 b 23. *Ἐπεὶ δ' ἐστί τις καὶ τοιοῦτος οἷος ἧττον ἢ δεῖ τοῖς σωματικοῖς χαίρων.* — De naturali quadam virtute hominum. E. N. II. 1. 1103 a 19. *οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἐγγίνεται ἡμῖν. οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται.* cf. E. N. VII 13. 1144 b 2. *ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὕτω καὶ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ πρός τὴν κυρίαν.*

[2]) cf. Polit. IV 8. cf. IV 11. De anima II 2 (413) cf. 414. — Metaph. VI 1. cf. Top. VIII 1 de discrimine *πολιτείας* et *ἀριστοκρατείας*, de partibus animæ, de generibus scientiarum; similia passim.

repugnantia aut iam laboret, aut, si illorum librorum [addidamentis auctus fuerit, sit laboraturus.[1]) — — Quæ quidem eo gravior erit, quod et apud scriptorem exstabit, qui de rebus securus, hæsisse in eligendis verbis dicitur, neque solum in eiusdem operis libris, sed in eodem libro reperietur. Sed hac excusatione hoc quidem loco omnino non opus est. Nam, ut singulos locos iam seorsim excutiamus, prior quidem, de ἀναισθησία, locus, omnino nulla nec medicina neque excusatione, sed iusta tantum verborum interpretatione eget, ut omnia illic habere sese rectissime intelligamus. Quoties enim apud Aristotelem in ipsis Nicomacheis, verba: οὐ πάνυ (E. N. II 7) ita ponantur, ut valeant: non saepe, non ferme: quoties iisdem in libris ἀνθρωπικά (E. N. III 14) non ea significent, quæ omnino in hominibus inveniantur, sed quae ex ipsa hominum natura oriri videantur, putidum est exemplis probare. Eam autem debere illis locis in his vocibus vim inesse et significationem, vel ea viros doctos monere poterant exempla, quæ capitib. II et VIII libr. IIdi ab Aristotele posita sunt, et quibus locis eiusdem illius ἀναιστησίας vitio prorsus eodem modo Aristoles utitur, quo aliorum exemplis vitiorum in hominibus frequentissimorum (1104 a 24. 1108 b 22).

De altero autem loco, qui est de naturali illa, hominum animis insita, virtute, (N. E. II 1. 1102 a 19) breviter monebimus, Aristotelem non in hoc sexto demum libro Nicomacheorum, sed iam in Vto ea correxisse, quæ illo loco confidentius posuisse ipse sibi visus esset.[2]) Præterea in lib. X N. 10. 1070 b 20 et in libr. Polit. VII 12 Aristotelem longe abesse a libri II rigida severitate, quæ nullam omnino naturæ potestatem ad conformandos hominum mores concedere videatur. Denique mirum esse futurum, si Aristoteles, qui in ipsis Nicomacheis de virtutibus corporis, oculorum, equorum loqui soleret, omnem naturae humanae in hominibus virtutem præfracte negandam esse censuisset.

Utraque autem hac suspicione longe gravior est quæstio illa de lege aliqua summa, qua omnes pariter hominum actiones, cogitationes, consilia, virtutes, mores esse regenda, temperanda, moderanda docuisse Eudemus, Aristoteles non docuisse dicitur. Nihilominus huius legis aliquam exspectationem in animis nostris iam excitari locis qui-

[1]) E. E. II 1. 1219 b 39. Διὸ οὐδ' αἱ ἀρεταὶ αἱ τοῦ θρεπτικοῦ καὶ ὀρεκτικοῦ — ἀνθρώπου. Qui sic sentiat, eum nullam naturalem statuere posse virtutem, quae ut humana appelletur, mereat, id quidem patet.

E. N. VII 14. 1154 a 14. 16. πάντες γὰρ χαίρουσι πως καὶ ὄψοις καὶ οἴνοις καὶ ἀφροδισίοις, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ (ὅτι ἔστιν ὑπερβολῇ).

[2]) cf. E. N. V 10. 1134 b 29. παρ' ἡμῖν δ' ἔστι μέν τι φύσει κινητὸν, οὐ μέντοι πᾶν. — φύσει γὰρ ἡ δεξία κρείττων, καίτοι ἐνδέχεταί τινας ἀμφιδεξιούς γενέσθαι.

busdam lib. VI Nic., nullo Nicomacheorum loco expleri. Itaque librum illum VI Eudemiis esse reddendum.

Ante omnia, ut videamus, utrum etiam ille scrupulus ex animis nostris evelli possit, nec ne, ipsos illos locos utriusque operis, ad quos viri docti provocarunt, diligentius inter se conferemus. Nam quod huic suspicioni alias quasdam dubitandi ratiunculas suggerunt, repetitas ex significatione vocis: ὅρον, ex illa legis, ab Aristotele ipso ante propositæ, reprehensione acerbiore [1]), quam quæ ab ipso Aristotele proficisci potuerit, similia, — ea quidem omnia tam levia esse videntur, ut non dubitem, quin, remota illa difficultate gravissima, futurum sit, ut ipsa ruant et iaceant. Loci igitur illi, quos viri docti laudant, leguntur in 1mo cap. VIti. libri Nicom. et in XVmo. VIImi. libr. E. Eudemiorum. [2]) Duo autem illi loci sese excipiunt ad speciem quidem egregie. Sed excutiamus utrumque diligentius. Liber VI N. incipit a verbis — Ἐπεὶ — — δεῖ — τὸ μέσον αἱρεῖσθαι — — τὸ δὲ — ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς — τοῦτο διέλωμεν. Sequuntur, quae infra in annotat. 2da et 1ma citavimus. Haec autem, paucissimis interiectis, excipiuntur a verbis Διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις — — εἶναι διωρισμένον, τίς — ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ τούτου τίς ὁ ὅρος. περὶ μὲν οὖν τῶν ἠθικῶν (ἀρετῶν) διεληλύθαμεν, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν (τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν) λέγωμεν οὕτως. (1138 b 32) Ex his vero verbis apparet, libro VI. de mentis atque intellectus virtutibus disputari propterea quod (διὸ δεῖ) lex illa, quam ante adhibuisset Aristoteles, (κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον) ipsa non satis perspicua esset. Descriptionem igitur illius terminationis (ὅρου) utique aliquo modo aptam esse debere ex hac mentis humanae, quae legitur lib. VI. N., descriptione. Atqui quae in libro VII E. E. de legis illius formula disputantur, ita non

[1]) Acerbiorem illam vituperationem uterque homo doctus indagare sibi visus est in verbis illis: E. N. VI 1. 1138 b 25. 26. Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως ἀληθὲς μὲν, οὐθὲν δὲ σαφές.

[2]) E. N. VI 1. 1138 b 21. Ἐν πάσαις γὰρ — — ἕξεσιν — — ἐστί τις σκοπὸς, πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων ἐπιτείνει καὶ ἀνίησι, καί τις ἐστὶν ὅρος τῶν μεσοτήτων, ἅς μεταξύ φαμεν εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, οὔσας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον.

E. E. VII 15. 1249 b 16. Ἥτις οὖν αἵρεσις καὶ κτῆσις τῶν φύσει ἀγαθῶν, ποιεῖ τὴν τοῦ θεοῦ μάλιστα θεωρίαν, ἢ σώματος, ἢ χρημάτων, ἢ φίλων, ἢ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν αὕτη ἀρίστη, καὶ οὗτος ὁ λόγος κάλλιστος. Εἴ τις δ' ἢ δι' ἔνδειαν, ἢ δι' ὑπερβολὴν κωλύει τὸν θεὸν θεραπεύειν καὶ θεωρεῖν αὕτη δὲ φαύλη. — — ἔχει δὲ τοῦτο τῇ ψυχῇ, καὶ οὗτος τῆς ψυχῆς ὁ ὅρος ἄριστος, τὸ ἥκιστα αἰσθάνεσθαι τοῦ ἄλλου μέρους τῆς ψυχῆς, ᾗ τοιοῦτον.

pendent ex iis, quae VI Nic. disputantur, ut neque in VII E. E. libro distinctarum intellectus humani virtutum, neque in VI E. N. rerum divinarum, cultusque divini numinis ulla, vel brevissima fiat mentio. Ergo inter utrumque locum nulla nisi simillimorum verborum, utroque loco ad res simillimas describendas adhibitorum, intercedit necessitudo; species vero illa interioris cuiusdam cognationis, qua uterque cum altero nexus esse nobis primum adspicientibus videbatur, diligentius inquirentibus ut vana atque inanis evanescit. At, quid est, erunt fortasse, qui quaerant, quod Aristoteles, si librum illum VI N. scripsit, nullo Nicomacheor. loco, ut viri illi docti magno consensu narrant, ea, quae hoc in libro in se recepisset, praestiterit? nullo in libro eam summam morum regendorum proposuerit legem, quam propositurum se postea esse in hoc libro VI pollicitus esset? De hac quidem re consulamus ipsum Aristotelem. Is igitur, (lib. II Nicom. cap. IIdo 1103 b 32) posteaquam generalem illam legis summae moralis formulam, — in qua acquiescendum non esse, docet in ipsa libr. VI ingressione, — constituit, hunc in modum disputare pergit: *τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινόν, ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς.* Id ipsum autem est, quod toto hoc libro disputatur a primo capite ad ultimum.

Quae disputatio, ut in libris Nicomacheis omnino suo loco est, et legentium exspectationi respondet: sic in E. E., si librum hunc VIt. in eorum corpus transtulerimus, aut supervacanea erit aut loco legetur alienissimo. Quid enim illa virtutum illarum *διανοητικῶν* explicatio, ubi rerum appetendarum et virtutum moralium exercendarum terminatio quaedam a scriptore tum maxime requiritur, et nulla inter utramque rem intercedere videtur ratio? At, inquiunt, quid est, quod in Nicomacheis terminationis illius nulla amplius fiat mentio, in Eudemiis identidem? [1]) Vereor, qui ita rogitant, ne vocem illam in VI libro Nicomacheorum nimis presserint, rem neglexerint, et obliti iidem sint praeposterae illius festinationis, qua Eudemus, quae in ultimis Nicomacheorum libris invenirentur, saepenumero, quam primum fieri posset, praecipere quasi et gustare soleret. [2]) Nam aut magnopere fallor, aut res ipsa, quam desiderant, inest in hoc ipso libro, licet aliis verbis, atque quibus desiderant, descripta sit: [3]) nec solum aliis, sed iis verbis in illo eam esse credo descriptam, ut ex ipsa hac rei descriptione efficiatur, utriusque

[1]) cf. E. E. lib. VIII supra pag. E. E. lib. II 15. 1222 b 6. 7. *τίς δ' ὀρθὸς λόγος καὶ πρὸς τίνα δεῖ ὅρον ἀποβλέποντας λέγειν τὸ μέσον, ὕστερον ἐπισκεπτέον.*

[2]) cf. p. 5.

[3]) Postquam enim Aristoteles in primo libri VIti Nicomacheorum capite docuit, legem illam communem, qua antea usus esset ad definienda hominum officia, (*κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον*) no satis subtilem esse, — ut subtilior quaedam eruatur legis formula, monet disputationi illi

libri (VIti Nicom. VIIm. Eudemiorum) non facile eundem hominem fuisse scriptorem. Quem enim Eudemus omnium bonorum et virtutum statuat summum finem et modum, distinctis verbis docet in libro illo VII E. E.; ita autem illic de utraque re disputat, tanquam prorsus nova et nondum audita lectoribus proponat. Quodsi vero idem duos illos Nicomacheorum libros conscripsit, eandem rem iam ante attigerat, et in VIIm. E. E. libro aut iam pertractata iterando repetivit, aut prioribus illis opposuit contraria. [1])

Quae cum ita se habeant, iam primum illud suspicionum genus iure quodam nostro relinquere nobis videmur. Nam ut quaedam etiam in quibusdam ipsius moralis doctrinae capitibus inesse concedamus, quibus ad perfectam omnium partium concinnitatem in Nicomacheis ultima quasi quaedam expolitio desit, sunt ea utique et pauca et levissima: qui vero propter has levissimae cuiusdam discrepantiae offensiunculas hos duos libros e corpore Nicomacheorum in Eud. Ethica transponendos putaverit, is, si quid video, in tot tantasque doctrinae repugnantis incidet tricas, ut, utcunque se verset et utcunque verba torqueat, neque se neque Eudemum ex iis unquam expediturus esse videatur. [2])

Etiamsi vero gravissima iam suspicione libros illos liberatos atque absolutos esse credimus, quaedam etiamnunc diluenda et propulsanda restant, ut integra iis restituatur fides. Nam quum alter vir doctus, ut supra diximus, et ipse fateatur, inesse in E.

de moralibus hominum virtutibus alteram esse adiungendam de mentis humanae virtutibus. Iam vero si omnem libri VI disputationem sub uno aspectu posuerimus, id toto libro maxime agi intelligemus, ut singulis quibusque mentis humanae virtutibus sua quasi sedes quaedam et regio, in qua regnet, addicatur: (*πρὸς τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον* 1138 a. 16. 17. *περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά* 1140 b 5. *περὶ τὸ συμφέρον — πρός τι τέλος οὗ ἡ φρόνησις* — 1142 b 32. cf. 1138 a 28. 1138 a 30): deinde, ut quibus dignitatis gradibus aliae virtutes aliis, ut ita dicam, sint inferiores vel superiores definiatur. Huius autem disputationis cum sit summa: omnem hominum solertiam (*εὐβουλίαν*) submittere sese debere sobriae prudentiae consiliis, (*φρονήσει*); prudentiæ vero summum officium esse, ut commodis, et incrementis, veræ sapientiæ prospiciat (cf. 1142 b 32. 1145 a 8. 9.) negari nequit, ipsius libri VI disputationibus nobis proponi, aliquam regulam, qua illam ab Aristotele celebratam mediocritatem studiorum humanorum subtilius dirigamus, quam illa, qua a secundo libro ad sextum Aristoteles usus erat.

cf. præterea E. N. lib. VII 14. 1153. b 21. *ἴσως οὐκέτι εὐτυχίαν καλεῖν δίκαιον. πρὸς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ὁ ὅρος αὐτῆς.*

[1]) Hæc quidem, quod mireris, virorum illorum doctorum esse videtur opinio, qui nihilominus librum VI Nic. esse partem docent E. Eudemiorum.

[2]) cf. supra p. 10.

E. quaedam, quae repugnent, alter eo maxime utitur argumentorum genere, quod in magna quadam inter hos et reliquos libros Nicomacheorum discrepantia orationis atque conformationis, atque in mirifica utriusque rei similitudine, quae iis cum Eudemiis esset, deprehendisse sibi videtur. Itaque antequam rem confectam esse putemus, quaenam argumenta, inde repetita, quonam iure adhibuerit, est considerandum. Proponit igitur vir doctus primum quaedam ex illis duobus libris, quae „in rerum tractatione, in disserendi ratione, in quaestionum dispositione magnam habere censet offensionem, si quis ab Aristotele scripta esse opinetur, — nullam, si ab Eudemo; — iisque adiungit plurima, quae communis originis cum ceteris E. Eudemiorum libris signa prae se ferre existimat. Quo quidem loco id maxime premit: „Eudemum persaepe lectores suos et ad disputationes postea habendas delegare et res antea tractatas in memoriam lectorum revocare esse solitum: atque omnes eos locos, quibus id faceret, assumtis ad E. E. libris illis duobus Nicomacheorum (VIt. et VIIm.) recte esse indicatos.“ Deinde omnes voces et locutiones utriusque libri suspecti, quibus in reliquis Nicomacheorum libris Aristoteles omnino non, aut semel tantum usus est, Eudemus saepius: vel quibus Aristoteles in postremis tantum libris, Eudemus ab initio, diligentissime collegit; iisque utitur, ut totidem fere iustis cautionibus, ut de Aristotelea illorum librorum origine aliquam suspicionem habeamus.

Nobis vero, ut ab his incipiamus, ipse nullo loco vir doctus minus caute et circumspecte disputasse videtur, quam in hoc verborum Aristoteleorum et Eudemiorum quasi quodam aucupio. Neque ut ita statuamus, eo solum permovemur quod in omni hac disputatione impeditissima, nullo paene verborum delectu adhibito, omnibus promiscue, etiam levissimis, uti videatur,[1]) neque eo, quod satis multa hic illic notet, ut propriæ cuiusdam orationis exempla, quæ admodum sint dubia et ambigua.[2]) Sed ideo maxime sic iudicamus, quod hominem tam diligenter in Nicomacheorum lectionibus

---

[1]) Ut iis, quæ exempli tantum causa et in Eudemiis identidem, et in his Nicom. libris ponuntur: ἀλέας καὶ ψύχους 1148 a 8. πηρώσεις καὶ νόσους 1145 a. 38.

[2]) Ut ea, quae de usu præpositionis ἀπὸ in Eth. Eud. et de genere quodam ἀναγκαιῶν ἡδονῶν disputat ab Eudemo recepto, non probato ab Aristotele cf. E. N. X 1173 a 29. E N. X 7. 1177 a 29 et aliis locis. Quod vero ex exemplis illis, ubi optativus cum ἂν sæpius iteretur, Eudemi orationem cognosci posse nobis persuadere conatur, in eo quidem nimium in modum vel sibi vel Eudemo indulgere videtur, cum permultis exemplis facillime effici possit, ipsi Aristoteli hanc Atticæ urbanitatis modestiam in tradendis præceptis multo faciliorem fuisse, quam Eudemo, qui oracula quasi quædam saepissime edere soleat. cf. E. E. I. 8. 1218 a 2. cf. E. N. I b. 1096 a 22. — E. E. II 1. 1219 a 31. cf. E. N. I. 7. 1098 b 6 passim.

versatum fugere non debuit: etiamsi omnia, quæ de illis orationis quibusdam discrepantiis, quibus libri illi discederent a reliquis Nicom. disputasset, sese haberent rectissime, nihil omnino ex iis de origine illorum duorum librorum posse effici. Nam et alios libros Nicomacheorum, de quibus nulla esset suspicio, similiter a se discedere,[1]) neque facile ullum reperiri librum, qui non sua haberet ἅπαξ λεγόμενα, vel in quo Aristotelis non uteretur hic illic vocibus quibusdam, quibus nullo alio Nicomacheorum libro usus esset; esse autem quosdam libros Nicomacheorum, qui multo maiorem, quam VI et VII libri, nobis earum exhiberent copiam et multitudinem.[2]) Itaque non multis disputabimus: omnes eas voces, quas homo diligentissimus ex his duobus libris annotaverit, ut nullo in alio Nicomacheorum libro ab Aristotele iteratas, ipsa sua significatione et vi reiici quasi et delegari ad disputationes de hominum continentia et incontinentia, de quibus in ipso libro VIIm. disseratur, nec facile ab Aristotele alio loco commode adhiberi potuisse:[3]) ab Eudemo vero præterea in præcepta eiusdem disputationis quasi quadam prolusione.[4]) Neque id premere in animo est: si sint quædam Eudemiorum similia in oratione illorum librorum, multa esse et gravissima, quibus differant: ipsius illius σοφίας, cui primæ partes in libro VI Nicom. in omni hominum vita regenda tribuantur, ne nomen quidem exstare ullo totius operis loco, nisi exempli causa semel positum in libro VII; esse alia, quorum, notio in E. E. omnino alia esse videatur atque in his libris,[5]) denique plurima esse in duobus his libris vocabula, — eorumque multa ita comparata, ut in omni morum doctrina satis late pateant, — quæ in nullo E. E. libro reperiantur.[6]) Nam quum mihi persuasissimum sit, neminem facile, qui tranquille iudicet, tam ambiguis indiciis perfici aliquid, quo quæstio illa transigatur, esse existimaturum; his omnibus ommissis iam ad ea nos convertemus excutienda, quæ e librorum illorum conformatione homo doctus ad probandam suam opinionem repetivit.

---

[1]) In aliis libris Nic. Aristoteles utitur tantum forma: εὔλογον, in aliis εὐλόγως, — in aliis magistratus sunt: οἱ ἐν ἀξιώματι, in aliis οἱ ἐν ἐξουσίᾳ, in aliis utitur voc.: ἀγαπᾷν, in aliis στέργειν: similia passim.

[2]) cf. Lib. I Nicom.

[3]) Sunt enim præter ea, quæ attigimus, voc. ἐκστατικός, μεταμελητικός, καρτερεῖν, καρτερία, καρτερικός.

[4]) cf. supr. p. 4.

[5]) τὰ ἔσχατα in E. E. II 1 optima quæque. III 4 extrema et summa, inter quæ mediocritas illa studiorum, quam Aristoteles celebrat, medium locum obtinet.

[6]) v. c. ἀληθεύειν, ἔθιστος, μόνιμος, ἐνάργης, εὐφυέστατος, εὔπειστος, εὐμετάπειστος. κ. τ. λ.

Hic autem locus cum latissime pateat, quippe qui omnia ea complectatur, quæ in illis libris et rerum tractatarum, et sententiarum propositarum, et comparationum adhibitarum, et locutionum iteratarum quadam convenientia et discrepantia modo apertius modo tectius ad alterum illorum operum nos remittere, et ab altero nos revocare videantur, fines, qui huic libello utique constituendi sunt, satis angusti, nos prohibent, quominus per omnes illius disputationis partes viri docti vestigia sequamur. Itaque, cum in hoc quidem argumentorum genere melius sit de multis tacuisse, quam de omnibus parum dixisse, pauca quædam exempla eligemus, e quibus cognoscamus, et, quibus conformationis salebris et difficultatibus viri illi permoti sint, ut corpus Nicomacheorum dilacerandum esse arbitrarentur, et quibus convenientiæ signis tantopere iis satisfactum sit, ut illis Nicomacheorum spoliis atque exuviis Eudemiorum mutilatum corpus ornandnm esse statuerent. In quibus, ne cupide quid elegisse videamur, alterius rei exemplum sumemus locum illum ab utroque viro docto pariter vel maxime explosum, caput dicimus illud XV libri V: [1] alterius autem rei ea exempla, quibus in primo Ethicor. Eudem. libro illa conglutinatio primum illius auxilii edidit specimen, quo, „assumtis libris illis duobus omnes loci, ad quos Eudemus delegare lectores solitus sit, ante dissipati, rursus in Eud. unum doctrinæ corpus cogi et in opere Eudemiorum exstare“ dicantur. — Huic denique utrique disputationi quædam subiungemus argumenta, quibus nobis vel maxime persuadetur, Aristotelem illorum librorum fuisse auctorem.

Itaque, ut a capite illo XVt. libri Vti procedat disputatio, neque nos negamus huiusce capitis, ut totius libri Vti a capite XIm., interpretationem locis quibusdam esse impeditam: negamus continuationem sententiarum magnopere esse perturbatam, supervacaneam esse capitis illius argumentationem, causam denique ullam esse, cur aliena hæc putemus, non inchoata ab ipso Aristotele. Nam licet a capite XI ad clausulam libri Vti, quæ esset argumentationis continuatio, ab Aristotele nullo loco sit distinctis verbis indicatum, inesse tamen videtur, si pauca prætermittas, in omnibus percommoda. Transacta enim disputatione de iustitiae rationibus, a capite XIm. duplex difficultatum et dubitationum genus perstringere voluisse videtur Aristoteles, quibus quæ de iustitia docuisset, essent exposita: alterum dico, quod e doctrina non recte intellecta et perperam interpretata, alterum, quod oriretur ex ipsius doctrinæ imperfecta quadam natura et conditione. De altero genere disputat cap. XI 1136 a 10 — b 14. Omnes enim, quæ hoc capite perstringuntur subtiliores quæstiunculæ hoc quidem

[1]) cf. pag. 2.

loco eo solvuntur, quod neque is qui, quid committat, nesciat, facere iniuriam, — neque fieri iniuria volentibus possit: id quod iam ante ab Aristotele monitum erat. A capite XIImo incipit altera disputatio. [1]) Duo enim in definitione illa iustitiæ, quam ipse Aristoteles supra constituerat, erant, quæ non semper ex omni parte cum ipsius iustitiæ et veritatis rationibus ipsi Aristoteli satis consentire viderentur: et quod docuerat, iniustum esse plus minus iusto aut conferre in alterum, aut ab altero auferre: et quod, nisi in pluribus hominibus, nullum iustitiæ esse locum dixerat. De altero igitur continuo ab initio cap. XIImi. disputat, et duas monet esse rationes, quibus quis plus minus iusto in aliquem conferre vel ab eo auferre possit; alteram eam, qua, — non quidem qui accipiat, — sed qui id in alterum contulerit, summam sæpe committat iniuriam, — (cap. XII 1136 b 15 — 1137 a 3): alteram vero summam esse omnium virtutum, et omnis quasi iustitiæ absolutionem quandam perfectissimam, quam homines vulgo appellent aequitatem. Itaque cap. XIV de aequitate humana sequitur disputatio. [2]) Capite XIV se convertit ad alteram illam quæstionem, quam iam cap. XII proposuerat, [3]) quam, si promissis stare vellet, quomodo declinare potuisset, omnino non video. At in eo hærent viri docti, quod Aristotelem iam semel in hoc libro quæsivisse docent, num quis sibi iniuriam ipse inferre posset: quæstionem igitur iam semel motam et absolutam illic praeter necessitatem et sine causa iterari. A quibus ita dissentio, ut non semel, sed iam ter eodem in libro illa quæstio ab Aristotele mota atque expedita mihi esse videatur: sed quoque loco alia ratione. Nam in cap. X 1134 b 13 negaverat e civilis iustitiæ rationibus fieri posse, ut quisquam ipse sibi iniuriam inferret: in cap. XII 1136 b 1 hominem libidinibus deditum, licet gravissima saepenumero sibi infligeret damna, negaverat dici posse iniuriam sibi inferre, volenti enim non fieri iniuriam: eodem in capite 1136 b 19 negaverat hominem, qui aequitatis studio permotus sibi quid derogaret, iniuriam sibi

[1]) ὧν προειλόμεθα δυό ἔστιν εἰπεῖν. πότερόν ποτ' ἀδικεῖ ὁ νείμας παρὰ τὴν ἀξίαν τὸ πλεῖον ἢ ὁ ἔχων, καὶ εἰ ἔστιν αὐτον αὗτον ἀδικεῖν. — προειλόμεθα: nam attigerat Aristoteles ea exempla iam in capite XIm., ibique ex aliqua parte enodaverat: omni ex parte illo loco expediri non potuerant.

[2]) Quam arcte cap. XIV disputatio, apta sit e cap. XIImo demonstrat eorundum illorum verborum iteratio, quæ et proxime antecedunt, et finiunt illam disputatinem cf. cap. XII. 1136 b 20. ὅπερ δοκοῦσιν οἱ μετρίοι ποιεῖν. ὁ γὰρ ἐπιεικὴς ἐλαττωτικός ἐστιν. et cap. XIV. 1137 b 135. ὁ γὰρ τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς — — ἐπιεικὴς ἐστίν. Itaque non possum quin verear, ut vir clar. Spengelius de capite XIV recte iudicet, qui id omnino censet loco movendum. Quidni, si aliquod, XIII caput?

[3]) cf. Not. 1 supra p. 19.

facere. Unum denique restare genus iniuriae, quam ipse homo quodammodo inferre sibi posse videretur. Nam cum menti humanae totius hominis regnum a natura permissum esset, fieri posse, ut mens humana hoc imperio superbius et fastidiosius abuteretur, neque inferiorum hominis partium necessitatibus et desideriis satis prospiceret. 1138 b 10. *ἃ δὴ βλέπουσι καὶ δοκεῖ ἀδικιὰ πρὸς αὑτὸν, ὅτι ἐν τούτοις ἔστι πάσχειν τι παρὰ τὰς ἑαυτων ὀρέξεις.* [1])

[1]) Quædam, quæ e M. M. et e disputatione de amicitia, quæ in Nicomacheis est, in nostram causam arcessi possunt, prætereo, nec necesse videtur omnia, quae alter vir doctus de ineptiis huius capitis universe disputat, sigillatim persequi. Alter vero, cum in editione E. E. pressius de hoc capite egerit, atque etiam e vocibus quibusdam suspiciones aliquas movere conatus sit, illuc eum sequemur. Tria autem sunt, quae in vocibus et locutionibus illius capitis investigare sibi visus est: Primum e verbis 1138 a 6. *ὑπὸ τοῦ νόμου τεταγμένα* deinde e verbis 1138 b 11 *παρὰ τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις*, tum e verbis: 1138 a 26 — 28 *ὅλως δὲ — ἀδικεῖσθαι.* Primo enim loco „manifesto“ censet „declarari“ M. M. auctorem hoc caput ob oculos habuisse: (ergo ab Eudemo esse conscriptum): altero loco lectores „attendere“ iubentur: notionem *ὀρέξεως* substitui pro notione *βουλήσεως* (1136 4. 5): scilicet, si viri docti, quae sit sententia, recte assequor, ut ex hac substitutarum notionum discrepantia turbarum in clausula lib. Vti motarum indicia deprehendamus: tertio denique loco monemur magnam habere offensionem, quod — iisdem, quibus illo loco, verbis eodem in libro eadem de re idem Aristoteles iam ante usus sit!! (1136 b 23.) De quibus omnibus haud scio, an vir pereruditus festinantius disputaverit. Ex unius ergo vocis quadam similitudine (M. M. I 34. 1195 b 38. *ὁ — νέμος — τάττει*) manifesto declaratur, eum qui M. M. conscripserit, hoc ipsum caput, non simile aliquod Eudemi, cuius scripta in omnibus fere Aristoteleorum simillima, ob oculos habuisse. Deinde vero: substitutam esse alteram notionem in alterius locum, ubi ipsa disputatio in alias omnino res, a mentis voluntate ad sensuum cupiditates transisset? Tertio denique loco magnam habere offensionem, non quod nimium in modum a summa doctrinae Aristoteleae abhorreret, sed quod ad magnam ipsorum verborum similitudinem cum Aristoteleis accederet! Et propter hanc nimiam videlicet similitudinem hoc loco hiulcae illius librorum conglutinationis (cf. supra p. 2) manifesta vestigia deprehendere nobis videmur, et facile persuaderi nobis patimur, in hoc capite XV reliquias quasdam perditi alicuius Eudemiorum libri librariorum sedulitate quinto Nicomacheorum libro esse assutas, tam remotas a sua sede, ut tabulata quaedam e magno naufragio ad litus peregrinae terrae eiecta?

Nos autem hoc suspicionum genus ita non reformidamus, ut ne augere quidem talium offensionum numerum dubitemus. Id autem duabus maxime de causis ab hac disputatione non alienum esse putamus. Uterque enim vir doctus, magna illa futilium et spinosarum quaestiuncularum, quae in hoc capite inesse viderentur, copia magnopere sese profitetur offensum, earumque aculeis tam graviter compunctum, ut ideo vel maxime caput illud Aristoteli abiudicandum esse censeret. Nos autem diligenti capitis lustratione ostendi posse speramus, toto capite omnino nihil novi attingi, sed earum tantum sententiarum, quae libro

Iam vero, quum præter hunc locum duo tantum in Nicomacheorum conformatione esse fateatur vir ille eruditus, qui E. E. editionem nuper ornandam curavit, quibus offendatur (VI 13 b 21 et VII 11 — 14 edit. Zell.): nos autem de his postea commodius disputaturi esse nobis videamur, iam ab illis Nicomacheorum salebris ad complementa ea nos convertamus leviter excutienda, quibus „assumptis duobus illis libris‘, Eudemiorum Ethic. opus sublevari, refici, restitui in pristinam omnium suarum partium absolutionem dicitur. Subsistemus autem in Imo E. Eudemiorum libro. In hoc igitur libro duo sunt loci, quibus accessione illorum librorum opem ferri vir doctus prædicat. Alter eorum legitur in cap. Vto, alter in VIIm.: alterius verba sunt hæc: *δεῖ ζητεῖν — — εἰ — — ἕτεραι δ' εἰσιν ἡδοναὶ, δι' ἃς εὐλόγως οἴονται τὸν εὐδαίμονα ζῆν ἡδέως — — — Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ὕστερον ἐπισκεπτέον.* 1216 a 37: alterius: *οὐ γάρ ἐστιν εὐδαίμων δ' ἵππος — — οὐδ' ἄλλο τῶν ὄντων οὐθέν, ὃ μὴ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν ἐν τῇ φύσει μετέχει θείου τινός — — — ἀλλὰ κατ' ἄλλην τινὰ τῶν ἀγαθῶν μετόχην τὸ μὲν βέλτιον ζῇ τὸ δὲ χεῖρον αὐτῶν. ἀλλ' ὅτι τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὕστερον ἐπικεπτέον.* 1217 a 26. De priore autem loco vir doctus sic disputat: non dubito, inquit, quin indicet auctor illa, quæ E. E. VI (E. N. VII) 13. 14: inprimis 1153 inveniuntur, quibuscum

quinto exp[illegible]sitae erant, brevissimam quandam iterationem ab Aristotele cum ultima illa quaestione esse coniunctam, atque ita ad eam applicatam, ut cap. illud XV quodammodo libri Vti summarium aliquod dici posset. Singula ita persequemur, ut verba cap. XVmi adscribamus, locos reliquos libri Vti, qui iis respondeant, indicemus. 1. *τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν δικαίων τὰ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ὑπὸ τοῦ νόμου τεταγμένα, οἷον οὐ κελεύει — ἃ δὲ μὴ κελεύει ἀπαγορεύει.* 1138 a 4 cf. ead. sent. iisdem fere verb. cap. IV 1129 b 19. c. V 1130 b 19. — 2. *ἔτι ὅταν παρὰ τὸν νόμον βλάπτει, μὴ ἀντιβλάπτων.* 1138 a 7: et eadem de re disput., et eadem verba cap. X 1134 b 12. X 1135 b 22. X 1135 b 27. — 3. *ἑκὼν δὲ, ὁ εἰδὼς καὶ ὃν καὶ ᾧ.* 1138 a 9 ead. verba XI. 1136 b 32. 4. *ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων* 1138 a 2; his verbis nos remittit Aristoteles ad eum locum, quem supra laudavimus, 1135 b 26; illic de iis disputaverat, qui ira provocati in alios, hic de iis, qui in semet ipsos grassantur. — 5. *ὃ ἄδικος, ὃ μόνον ἀδικῶν* 1138 a 14; simili de re eadem verba: X 1134 a 17. — 6. *ὥσπερ ὁ δειλός.* 1138 a 16 eod. exempl. utit. XIII 1137 a 22. IV 1130 a 18. — 7. *οὐχ ὡς ὅλην ἔχων τὴν πονηρίαν* 1138 a 17 cf. cap. II 1130 b 18 *κατὰ τὴν ὅλην ἀρετήν.* — 8. *ἀφῃρῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι τὸ αὐτο.* 1138 a 18 ead. de re ead. verb. VII 1132 b 7. — 9. *ἐν πλεόσιν ἀνάγκῃ εἶναι* 1138 a 19 cf. V 1131 a 18. — 10. *ἔτι δὲ ἑκούσιόν τε καὶ ἐκ προαιρέσεως καὶ πρότερον* 1138 a 20 cf. X 1135 b 20. 25. 26 eadem prorsus doctrina. — 11. *τὰ αὐτὰ ἅμα καὶ πάσχει καὶ ποιεῖ* 1138 a 23 cf. *εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν, ὅσον — — καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο* VIII 1133 a 15. —

congruunt illa quæ sunt E. E. VIII 1249 a 17. Neque casu factum esse videtur, ut tam hic v. 36 *εὐλόγως ζῆν ἡδέως*, quam 1153 b 15: *τὸν εὐδαίμονα ἡδύν — εὐλόγως*, quam 1153 b 14 *πάντες οἴονται*, quam 1249 a 21 *τοῦτο οὐ μάτην οἱ ἄνθρωποι ἀξιοῦσι* sit scriptum. Altero autem loco remittimur ad N. E. VII 14. 1153 b 32: ad verba: *πάντα γὰρ φύσει ἔχει τι θεῖον.* At hic quidem locus cum illo ex Eudemiis ita congruit, ut quæ maxime repugnant: in Eudemiis enim quaedam animantium genera divinæ alicuius naturæ participia esse dicuntur, in Nicomacheis omnia. At respiciuntur fortasse non prima, sed ultima illius sententiæ verba (*ἀγαθῶν μετόχη*). Sed ne tum quidem illo loco legentibus satisfiet: nam promittit in Eud. auctor, postea se de ea ratione quæsiturum, qua quæ expertia sint summae felicitatis, alia aliis magis minus aliarum voluptatum fruantur genere: huius autem differentiæ nulla omnino illo loco mentio. Ita quidem fit, ut nec prima neque ultima sibi utroque loco respondeant, sed ex parte gravissima repugnent, et media tantum particula restet quæ, nisi alia cum ea essent coniuncta alienissima, loco illi dici posset aliquo modo respondere. — Alterius quidem loci maior est convenientia. Nam collatis illis trium librorum tribus capitibus efficitur sane, ut tres utriusque loci voces (*ἡδέως, εὐλόγως, ζῆν*) alicuius similitudinis speciem præ se ferant.

---

12. *ἄνευ τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων* 1138 a 24 cf. IV 1130 a 15 *περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος.* — 13. *ὅλως δὲ λύεται τὸ ἑαυτον ἀδικεῖν* 1138 a 26 cf. ead. doctr. X 1134 b 13. — 14. *εὐεκτικὸν, ὑγιεινόν* 1138 a 30: eadem exempla ad eandem rem explicandam adhibita c. I 1129 a 17. 20. — 15. *οὐ γὰρ ἅπαν τὸ ἑκούσιον μετὰ ἀδικίας* 1138 a 33 cf. *ἐν οἷς — — ἀδικεῖν — οὐ πᾶσιν ἀδικία* X 1134 a 32. — 16. *κατὰ συμβεβηκὸς δε* 1138 b 1 eadem doct. iisdem verbis X 1135 a 18. — 17. *κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν, οὐκ αὐτῷ πρός αὐτὸν δίκαιον, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ τίσιν.* Eodem modo hæc distinguuntur: X 1134 a 30. b 10. — 18. *οὐ πᾶν δὲ δίκαιον ἀλλὰ τὸ δεσποτικὸν ἢ τὸ οἰκονομικόν* — 1138 b 7 cf. X 1134 b 17. 1131 b 8 eadem doctrina iisdem verbis expon.: Itaque non solum sententiarum series atque continuatio, quæ in proximis libri Vti capitibus est, a capite XVm. satis commode excipitur et expeditur, sed totum hoc caput tam plenum est sententiarum et verborum, quibus, quæ supra ab Aristotele disputata sunt, respiciuntur, quam nullius alius libri — non Eudemiorum dicimus, sed ne ipsorum Nicomacheorum quidem clausula. Eudemiorum autem libri quantopere omnes in clausulis maxime a Nicomacheis discederent, supra monuimus (p. 3. 4). Itaque si quis caput illud XV libri Vti fragmentum esse vult alieni libri Vto Nicomacho: libro temere adiunctum, (cf. sup. p. 2), ei profecto ante omnia ratio quædam eius rei reddenda esse videtur, quo miro casu factum esse putemus, ut in huius quidem libri clausula ea, quae essent alienissima, etiam simillimis in genuino Nicomacheorum corpore evaserint totius, quem finirent, libri argumento similiora.

At hæ quidem voces in E. E. et E. N. sexcenties leguntur: atque ipsa hæc viri docti sedulitas, qua iam in primo E. E. libro tantillæ similitudinis umbras, ut ita dicam, captet et consectetur, vereor, ne in lectorum animis opinionem illam iure quodam excitet, etiam aliis operis, sic a viro docto nuperrime conglutinati, locis potius optatam esse, quam demonstrari potuisse illam, quam celebret, omnium partium convenientiam.

Quæ cum ita sint, iam, relictis aliorum opinionibus, in hac extrema disputatione quædam eorum, quæ ad confirmandam nostram de illis libris sententiam præterea conferre videantur, strictim percensebimus. Brevissime autem ea, quæ in iisdem illis argumentorum locis posita sunt, in quibus adhuc versati sumus. Verbo monuisse satis sit, et in oratione et in doctrinae praeceptis præter ea, quæ supra posuimus p. 10 p. 17, etiam alia quaedam esse [1]): in librorum autem conformatione, utriusque operis compositione, partium dispositione permulta inveniri, quæ coniecturæ illi virorum doctorum reclamitarent. Quæ enim libri VI Nicom. ad libr. VII E. E. esset ratio, supra monuimus: (p. 15) eadem vero est libr. VIImi Nicomach. In quo quum duæ maxime insint disputationes, altera de continentia, altera de voluptate, qui factum esse putabunt, qui Eudemi eum librum esse censent, ut Eudemus utriusque illius disputationis, vixdum absolutæ, illico rursus oblivisceretur! ut quotiescunque in libro VII E. E. in continentiae atque incontinentiae mentionem incidisset, aut ad librum E. E. IIdum nos remitteret, aut proferret, quæ neque in hoc, neque in VII Nicom. libro legerentur! [2]) Qui factum esse docebunt, præsertim cum Eudemus in altera illa disputatione de voluptate corrector quasi quidam et emendator Aristoteleæ illius disputationis de voluptate, (quæ in Xm. Nicom. libro exstat) fuisse ab iis dicatur, — qui igitur factum esse docebunt, ut in ipsas has correctiones tam abrupte et præceps quasi incidisse videretur, ut antequam eas attingeret, de gravissimæ in iis vocis et notionis propria vi et potestate ad doctrinam suam illustrandam in tenebris quasi erraret: [3]) ut ipsa illa correctio tum maxime absoluta, continuo retractatione quadam

---

[1]) Ne nomen quidem illud: *εὐπραξίας* E. N. VI 5. 1140 b 7, apud Aristotelem usitatissimum, ullo loco E. E. legitur. *πανοῦργος* E. E. II 3. 1221 a 37 alia significatione atque E. N. VI 13. 1144 a 28: nulla in libr. VII E. N. eorum mentio, quæ E. in libro II E. E. novavit, licet cum libri VIIm. E. N. disputatione multa arctissime cohæreant: ut *σκληρὸς* ille, *ταλαίπωρος, κακοπαθητικὸς, πολύπονος, ὑποστατικὸς, πεινητικός.*

[2]) cf. E. E. VII 1240 a 16. 1240 b 21. 1241 a 21. 1246 b 24.

[3]) Nam cum in hac de voluptate disputatione summum ad voluptatem parandam momentum in ea actionum humanarum conditione, qua nulla ex parte impediantur, inesse doceatur, Eudemus antequam correctionis illius cogitatio eius animum subisset, ne suspicatus quidem

egeret: [1]) et nova continuo in libri VII ingressione eorum constitueretur descriptio, quæ modo in clausula VI E. E. ab illo Aristoteleorum correctore emendata essent? [2]) Qui denique factum esse, ut bonus ille Aristoteleorum corrector atque emendator eorum, quibus de hac morum doctrina bene meritus esse sibi videretur, adeo immemor esset, ut in libr. VII E. E., etiam eo loco, ubi respicere videretur, quæ de voluptate omnino disputasset, neglecto libr. VIImo E. N. in libri VIImi E. E. vestigiis hæreret? [3])

Hæc omnia fere contra, si eos libros Aristotelis, partesque Nicomacheorum esse agnoverimus. Unum locum esse in libr. VIImo concedimus [4]), cuius, quæ ratio sit ad libri Xmi prima capita, difficile sit explicatu: sed quid tum postea? Nævum, licet, dicas esse in corpore ceteroquin egregio. — Cetera omnia rectissima: quædam tam apposite inter Imum et Xmum Nicomacheorum librum interposita, ut omnis illa libri VI disputatio non solum probissimo consilio sed callidissimo quodam artificio inter exordium et exitum totius operis medio quodam loco esse inserta videatur. [5]) Sed de his verbo monere satis sit; non quo levia esse putem, sed quod graviora sunt, quam, quæ paucis satis possint explicari.

---

esse videtur, qua dignitate ipse vocem illam (τοῦ ἐμποδίζειν) in morum doctrina continuo esset ornaturus. Nullo loco in primis libris cum voluptatis rationibus ab Eudemo coniungitur, neque ab Eudemo illic aliter ponitur, nisi ut cum iis, quæ vi et necessitate coacti homines facere soleant, copuletur. cf. E. E. II 8. 1224 b 12. 1228 a 35.

Apud Aristotelem contra nullo loco in Nicom. illa vox adhibetur, nisi ubi ratio habeatur voluptatis: cf E. N. 1. 11. 1100 b 29 λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει, καὶ ἐμποδίζει. E. N. III 14. 1119 a 17 καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων, μὴ ἐμποδίων τούτοις ὄντων. Miram sane eorum hominum rationem, quorum alterius doctrina alterius ope in ipso huius vocis iusto usu correcta atque emendata esse dicitur!!

[1]) E. E. VII 2. 1235 b 24 Ἔστι δ᾽ ἕτερον τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθόν. περὶ τούτων πειρατέον διορίσαι.

[2]) E. E. VII 1135 b 33 τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ τὸ ἁπλῶς ἡδὺ τὸ αὐτό.

[3]) E. E. VII 15. 1249 a 17 περὶ ἡδονῆς δ᾽ εἴρηται ποῖον τε καὶ πῶς ἀγαθὸν καὶ ὅτι κ. τ. λ. cf. not. 2.

[4]) Cap. XII—XV lib. VII. Qui quæ E. N. I 5. 1097 b 1—6 et E. N. VII 10. 1151 b 2 disputantur, perpenderit, eum confido non repugnantis doctrinæ specie offensum iri; offendimur inconcinna eiusdem disputationis iteratione.

[5]) Qui reputaverit, a quibusnam bonorum finibus Aristoteles, tanquam nihil aliud acturus, in Imo libro disputationem incepisset, et ad quaenam studia libro X esset lectorum animos excitaturus, — is confitebitur, prudentissime ab Aristotele ita esse institutum, ut ab illa libri Im. studiorum humanorum humilitate, ad hos divinae sapientiae amores pleno ut ita dicam quodam gradu per media quasi quaedam stadia lectorum animi disputationibus libri VIti propius adducerentur.

Leviora igitur nunc postremum percensebimus, neque tamen ea contemnenda. Nam quum viri illi docti multa e doctrinae, orationis, conformationisque librorum rationibus repetiverint argumenta, quibus controversia illa dirimeretur, haud scio an duas res neglexerint. De orationis quidem discrimine, quod apud utrumque deprehendisse sibi visus est, alter vir doctus multa verba facit; de diverso descriptionis colore et habitu, si quid video, parum disputat: de doctrinae moralis, praeceptorumque quadam in utroque opere discrepantia alter vir doctus admodum copiosus, de disputandi autem genere et consilio in utriusque operis libris disiunctissimo, haud scio an brevitatis fuerit nimis studiosus. De utraque igitur re hic pauca quædam iaciemus; ut locos indicemus, non ut aliquid exsequamur: ut unum tantum Nicomacheorum librum utroque nomine cum illis duobus libris comparemus; non, ut totum corpus Nicomacheorum.

Itaque, ut inde procedamus, quæ Aristoteles in Nicomacheis expressit morum humanorum exempla, — (specula quædam naturæ dixeris, indiscretæ sæpenumero similitudinis) ea, ut ex ipsius vitæ usu arripuisse, ita etiam in tradendis his moralis doctrinæ præceptis studio quodam, amore, odio persequi videtur. Itaque in Nicomacheis sæpissime legimus aliquid risu, admiratione, horrore dignum esse: (γελοῖον, δεινόν, θαυμαστόν). Eudemus nih'il miratur, nihil reformidat, raro ridet: id unum agit, ut subtiliter distinguendo bene doceat. Nullo loco in Eudemiis quidquam θαυμαστόν aut δεινόν: omnia δῆλα et φανερά. Hoc autem nomine liber N. VIIm. stat a partibus Aristotelis contra Eudemum. [1])

Inter exempla deinde, quibus Aristoteles non raro utitur ad illustrandas suas sententias, non ultimum locum obtinent ea, quæ ex habitu hominum dormientium, et e variis artis medicae generibus repetita sunt: inter figuras, quibus utitur, notabile verbum μαντεύεσθαι, quo opinionem hominum, coniectura nisam, significat. Prudenter egit Eudemus, qui omnibus his in suo Ethicor. opere pariter abstinuit. Nam in primo suorum Ethicorum libro utrumque Nicomacheorum locum, quo illa exempla nitebantur, omnino immutaverat; quominus autem voce illa τοῦ μαντεύεσθαι audacius uteretur, vel artis μαντικῆς quadam religione impeditus esse videtur. [2]) Nihilominus etiam in

---

[1]) Lib. VII 1146 b 35 δεινόν. Lib. VII 1147 a 9 θαυμαστόν. 1150 b 9 θαυμαστόν.

[2]) Exempla et loci, quibus nituntur, exstant in Im. Nicom. libro. μαντευόμεθα 1095 b 26. καθεύδειν 1095 b 33. 1099 a 1. ἰατρός 1097 a 12. cf. E. E. I 1216 a 3.

his omnibus libri illi suspecti discedunt a rationibus Eudemi, persequuntur vestigia Aristotelis.

Easdem vero voces et in Im. libr. Nicom. et in VIt. ad similes res describendas sæpenumero esse adhibitas, id quidem negligemus, ne quis nobis eam syllabarum captationem obiiciat, quam in hac quæstione vitandam esse ipsi monuimus. Quamquam alia res esset futura, cum hæc similitudo in libris exhiberetur, quorum quum rerum tractatarum argumenta magnopere a se discederent, neuter ex altero descriptus esse dici posset. Eam vero utriusque libri convenientiam admodum esse notabilem credimus, qua in libr. I et VI Nicom. non solum voces quædam et sententiæ, sed interdum sententiarum, iisdem fere verbis descriptarum, quædam continuatio et series nobis offerantur, quæ nullo in alio neque Nicom. neque Eudemiorum reperiantur libro. [1])

De genere autem disputandi, et de utriusque scriptoris consilio, quod in his libris persecutus esse videatur, ut iam quædam, quæ ad illam quæstionem pertineant, moneamus; non multis quidem quæremus, ubi in his duobus Nicomacheorum libris illa sint contraria contrariis opposita? (ἐναντιώσεις), quæ in suis libris maximo semper studio consectetur et persequatur Eudemus, [2]) vel similia; sed pauca tantum, eaque solum quæ e primo Nicomacheorum libro probari possint, leviter perstringemus. Aristoteles igitur, ut inde incipiamus, quippe ipse de moribus hominum ipso vitæ usu edoctus, ad res humanas recte æstimandas multum valere ipsam rerum experientiam in Nicomacheis identidem docet: Eudemus, licet eruditum illud ἐπαγωγῆς nomen crebris sermonibus usurpet, nullo loco ipsam experientiam vel laudat, vel commendat, vel quid valeat commemorat. De hac autem re liber VItus Nicom. cum Imo libro tam miro modo consentit, ut alterius effata ab altero respici atque excipi videantur. [3])

ἡδονὴ τοῦ καθεύδειν, non ἕξις. 1218 b 3. — De Eudemi superstitiosa prodigiorum religione cf. E. E. 1231 a 4. 1236 b 10. 1248 a 34. 1225 a 27. 28 in quibus omnibus prorsus suus est. Eadem illa exempla: eadem illa vocis μαντεύεσθαι significatio. cf. E. N. VI 1141 a 32. Lib. VII 1147 a 13 passim. Lib. VI 1144 b 24.

[1]) cf. E. N. I cap. 7 et 8 1098 b 3 τῶν ἀρχῶν δ' αἱ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται — b 10 Σκεπτέον — οὐ μόνον ἐκ συμπεράσματος — cf. E. N. VI 1139 b 28 ἡ μὲν γὰρ δι' ἐπαγωγῆς — — 1139 b 34. εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος. (συμπέρασμα, in nullo E. E. libro legitur.)

Similis ratio E. N. I 1099 b 6 et E. N. VII 1153 b 17 21. E. N. I ἔοικε προςδεῖσθαι — — τοιαύτης εὐημερίας. ὅθεν εἰς ταὐτὸ — ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ E. N. VII iisdem verbis, quae quantum memini nullo alio in libro nec Nicomacheorum, neque Eudemiorum similiter descripta exstant.

[2]) cf. E. E. I 1215 a 7. E. E. II 1222 a 24. E. E. III 1232 b 14. E. E. VII 1235 b 17 passim.

[3]) cf. E. N, I 1095 a 2. διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροάτης ὁ νέος

Aristoteles porro in Nicomacheis, ut fontium, e quibus suam morum humanorum scientiam hauserit, bene memor, ita sæpissime sollicitus esse videtur de multis illis conditionibus fortuitis atque in casu positis, e quibus in vita hominis honestorum studiorum incrementa pendere soleant: impedimenta, subsidia, obstacula, firmamenta eorum identidem proponit et perlustrat: ne oblivionis quidem, quacum humanæ imbecillitati in hoc studio conflictandum sit, obliviscitur. Eudemus tam levia non curat, oblivionis ne nomen quidem ullo loco in Eudemiis legitur. Sed etiam hoc nomine, qui librum VIt. Nicomacheorum scripsit, ita a partibus Eudemi desciscit, ut verba quædam primi Nicomach. libri consilio et consulto iterando repetere videatur. [1])

Denique iam supra (p. 6) monuimus, Aristotelem in Nicomacheis hæsitare sæpenumero in circumscribendis et doctrinæ præceptis, et præceptorum finibus: Eudemum de pluribus confidenter iudicare. Itaque Aristoteles etiam id in medio relinquit, utrum bonorum omnium unus sit finis, an sint plures. Eudemus de eadem re verbis magnopere mutatis ita disputat, ut aliorum hæsitationem referre, non suam confiteri videatur. [2]) Liber VII Nicom. etiam hic Aristotelis præ se fert simplicitatem, et longe recedit ab Eudemi ambagibus: iisdem enim pæne verbis, quibus in Imo Nicomach. libro, in VII Nic. eadem illa exponitur dubitatio. [3])

Hæc autem, licet singula sint levia, cuncta tamen alicuius esse momenti ad dispiciendum librorum illorum auctorem esse putamus. Utique enim iis, qui hos libros esse Eudemi volunt, probabilis quædam ratio proponenda esse videtur, cur Eudemus qui in ceteris omnibus libris tot nominibns ab Aristotele recessisset, in his maxime libris omnia illa Aristotelea tam diligenter expresserit atque imitatus sit!

ἄπειρος γάρ. E. N. VI 4142 a 13. 15. ὁ νέος — — φρόνιμος οὐ δοκεῖ γίγνεσθαι. — — ἔμπειρος (γὰρ) οὐκ ἔστιν. cf. 1143 b 1139.

[1]) E. N. I 1100 b 13—17. ἐνέργειαι — κατ' ἀρετὴν — μονιμώταται — τοῦτο ἔοικε τῷ αἰτίῳ τοῦ μὴ γίγνεσθαι περὶ αὐτὰ λήθην.

cf. E. N. VI 1140 b 26. (ἡ φρόνησις) — ἀρετὴ ἂν εἴη — τοῦ δοξαστικοῦ — — ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἕξις μετὰ λόγου μόνον. σημεῖον δ' ὅτι λήθη τῆς — ἕξεώς ἐστι. φρονήσεως δ' οὐκ ἔστιν.

[2]) E. E. I. 1214 b 1—6.

[3]) E. N. I 1097 a 28. εἰ μέν ἐστιν ἕν τι μόνον τέλειον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ζητούμενον. εἰ δὲ πλείω, τὸ τελειότατον τούτων. 1097 a 22. ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν. εἰ δὲ πλείω, ταῦτα. cf. E. N. VII 1153 b 11. εἴθ' ἡ πασῶν ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία, εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν.

Nobis autem unus etiamnunc locus restat leviter perstringendus, de diverso consilio, quo Eudemus et Aristoteles illam de moribus humanis doctrinam tractasse videantur. Iam vero, ne in ipso hoc disputationis nostræ exitu ipsi audacius quid periclitemur, de hac consiliorum dissimilitudine disputare in aliud tempus differemus, et hic tantum duos ex illa disputatione locos præripiemus, in quibus ad controversiam nostram transigendam non parvum momentum inesse censemus. Alter locus exstat E. N. VI 8. 1141 b 14 — 26. alter E. N. VI 3. 1139 b 14 — 19. Prioris loci verba sunt hæc: *Οὐδ' ἐστὶν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα γνώριζειν. ἡ δε φρόνησις πρακτική. ὥστε δεῖ ἄμφω ἔχειν ἢ ταύτην μᾶλλον. εἴη δ' ἄν τις καὶ ἐνταῦθα ἀρχιτεκτονική.*

Ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις. τὸ μέντοι εἶναι οὐ τὸ αὐτὸ αὐταῖς. τῆς δε περὶ πόλιν ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις νομοθετική. ἡ δὲ ὡς τὰ καθ' ἕκαστα τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα πολιτική. [1]) Ponamus, hæc verba ab Eudemo esse conscripta. Quid igitur sonat vox illa: *ἀρχιτεκτονική*: in Eudemii? sNullo loco in Eudemiis eius invenitur interpretatio. Atqui interpretatione profecto eget, et ne Magnorum Moralium quidem auctor sine explicatione aliqua eam emisit. (M. M. I 35 1198 a 35). Nostro vero loco non solum ponitur sine aliqua explicatione, sed adiunguntur ei præterea verba illa: *καὶ ἐνταῦθα*: etiam illic: — Ubinam igitur praeterea? Eudemia

[1]) Singulari casu accidit, ut, in quo loco nos certissima nostræ sententiæ firmamenta reperire nobis videmur, in eodem viri illi docti plurimas suspicionum causas deprehenderint. Offenduntur autem viri docti maxime eo, quod Aristoteles, si hunc librum VI conscripsisset, rerum civilium scientiæ (*τῇ πολιτικῇ*) hoc quidem libro partes multo inferiores in regendis rebus humanis addicturus esset, quam quas in libro Im. Nicomacheorum ei constituisset. Multo maiorem doctrinæ fore convenientiam inter libr. VI E. N. 1 et I E.E. Illic enim legi: cap. 8 1218 b 12. *τοῦτο δ' ἐστι τὸ ὑπὸ τὴν κυρίαν πασῶν. (ἐπιστημῶν.) αὕτη δ' ἐστὶ πολιτικὴ καὶ οἰκονομικὴ καὶ φρόνησις. διαφέρουσι δὲ αὗται αἱ ἕξεις πρὸς τὰς ἄλλας, τῷ τοιαῦται εἶναι. πρὸς δ' ἀλλήλας εἴ τι διαφέρουσι ὕστερον λεκτέον.* A quibus viris hac in causa magnopere dissentio. Nam primum quod dicunt, loco illo libri VI Aristotelis et doctrinam et loquendi consuetudinem tolli, aut Eudemi loco illi (lib. I) melius convenire cum VI lib. Nicom. quam Imo Nicom., id quidem recte sic disputari nego. Quid enim apud Aristotelem usitatius quam eiusdem vocis constituere et latiorem et strictiorem aliquam significationem! Deinde tantum abest, ut Aristoteles hoc loco coercendam putet scientiæ illius civilis (*πολιτικῆς*) significationem, ut verbis illis nihil, nisi monere videatur de communi quodam loquendi usu. Itaque etiam in hoc et in VII libro omnibus locis usurpatur illa vox eadem plane significatione, qua ceteris in libris Aristoteleis. Eudemus vero, si hunc VI librum scripsit, iis promissis non stetit, quæ in libro I dederat: de oeconomia ne verbum quidem toto libro VI Nicom. Ceterum cf. p. 5.

etiamsi tormentis quæstionem habuerimus, nihil proferent, quo interrogationem illam dissolvant. Eudemo enim ipsi toto opere semel tantum, idque loco alienissimo, vox illa quasi invito in buccam venisse, atque ipsa, ut ita dicam, in calamum eius irrepsisse videtur: [1]) nostro autem loco concinno illi homini lubitum erit oracula fundere atque ænigmata proloqui. — Iam vero quum in Nicomacheis omnia ea reperiamus, quæ in Eud. frustra requirimus: et vocis illius definitionem et alterius, ad quam referatur, potestatis descriptionem, [2]) nullus locus ulli dubitationi restare videtur, ad utrum scriptorem lib. VI sit referendus.

Alter autem ille locus, (L. VI 3. 1139 b 14 — 19) ad quem supra provocavimus (cf. p. 28) etiam gravius, si fieri potest, testimonium nostræ causæ dare videtur. Verba eius sunt: *Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν. ἔστω δὲ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ — — πέντε τὸν ἀριθμὸν — — — ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν ἐντεῦθεν φανερόν, εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι καὶ μὴ ἀκολούθειν ταῖς ὁμοιότησιν.* Quisquis igitur hæc scripsit, profitetur, se ab hoc capite disputationem de intelligentiae humanæ vi et virtute, siquidem hae res diligentius inquirendae, nec similitudinum tantum auxilio expediendae sint, iam de integro, exorientem a scientia humana, esse retractaturum. Hoc autem loco non quæremus, utrum verisimilius sit, Aristotelem hæc scripsisse, an Eudemum? Eum, qui plurima in sua morum doctrina leviter tantum adumbrata esse fateatur, an eum, cui quidquid scripserit, *δῆλον* esse videatur *καὶ φανερόν* (cf. sup. 25 :) *Εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι.* — Quo tandem modo ille argutiarum amator ita de hac re quærere potuit, qui quantas tenebras prærepta huius disputationis parte subtilissima quibusdam IIdi Eth. Eud. libri partibus offudisset, iam supra audivimns (p. 4). *Καὶ μὴ ἀκολούθειν ταῖς ὁμοιοτήσιν.* Hæc Eudemi esse verba, et sententiam! Qui omnino in adhibendis similitudinibus parcus, de hac autem re, quæ illo loco quæritur, nullo omnino librorum suorum loco ulla comparatione et similitudine usus erat!

Aristoteles contra ipsam illam libri VIti disputationem iam in primo libro attigerat, ibique monuerat, eam videri ad aliam philosophiæ partem esse reiiciendam; ideo dubitatio illa quæ ab E. E. est alienissima, in E. N. plane est suo loco. Idem vero iam

[1]) E. E. I 1217 a 4. *ὑφ' ὧν ἁλίσκεσθαι συμβαίνει καὶ τούς ἐμπείρους δυναμένους πράττειν ὑπὸ τῶν μήτ' ἐχόντων μήτε δυναμένων διάνοιαν ἀρχιτεκτονικὴν ἢ πρακτικήν.*

[2]) E. N. I 1. 1094 a 15. *ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὐτα. τούτων γὰρ χάριν κἀκεινα διώκεται.* 1094 a 27. *Δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτωνικῆς. τοιάυτη δὲ (καὶ) ἡ πολιτικὴ φαίνεται εἶναι.*

in primo libro tribus locis similitudines et comparationes quasdam adhibuerat ad illustrandam eam rationem, quæ inter mentem humanam et ceteras hominis facultates et vires intercederet: itaque rectissime adiungit: *καὶ μὴ ἀκολούθειν ταῖς ὁμοιοτήσιν.* [1])

Sed hæc hactenus: ubi res ipsa loquitur, nihil mihi videtur esse addendum.

[1]) E. N. I 1096 b 28. *ὡς γὰρ ἐν σώματι ὄψις ἐν ψυχῇ νοῦς,, καὶ ἄλλο ἐν ἄλλῳ. Ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετέον τὸ νῦν. ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον.* 1102 b 18 *ὡς τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια — καὶ ἐπι τῆς ψυχῆς οὕτως* 1102 b 30 *τὸ ὀρεκτικον μετέχει πῶς ᾗ κατήκοον ἐστιν — καὶ πειθαρχικόν. οὕτω δὴ καὶ — τοῦ πατρὸς — φαμεν ἔχειν λόγον.*

Das verflossene Jahr hat der hiesigen Gelehrtenschule mancherlei Veränderungen gebracht, sowohl in Betreff ihrer Einrichtungen, als auch des an ihr fungirenden Lehrerpersonals. In erstgenannter Beziehung wurde nämlich zu Michaelis eine neue sechste Klasse den bisherigen beigefügt, und ein neues Klassenzimmer dem Schulhause angebaut. In letzterer Hinsicht wurde mit der Klassenzahl auch die der Lehrer vermehrt, und Herr ***Ehlers*** gegen Michaelis zum achten Lehrer allerhöchst ernannt. Um dieselbe Zeit wurden auch die übrigen bisherigen Lehrer der Schule allerhöchst in ihren gegenwärtigen Aemtern bestätigt oder zu denselben ernannt, mit Ausnahme der Herren Dr. ***Schütt*** und Dr. ***Vollbehr***. Letzterer wurde als Subrector nach Glückstadt versetzt, Herr Oberlehrer ***Claufen*** rückte in seine Stelle. Herr Oberlehrer ***Keck***, bisher fungirend als fünfter Lehrer an der Gelehrtenschule in Glückstadt, trat als constituirter fünfter Lehrer hier ein. Herr Dr. ***Schütt***, seit Johannis 1851 als Rector hier constituirt, wurde seiner Functionen enthoben.*) An dessen Stelle trat der Unterzeichnete.

Da ähnliche Veränderungen um dieselbe Zeit auch andere Schulen des Herzogthums trafen, so musste von der vorschriftmässigen feierlichen Introduction diesmal abgesehen werden. Doch erfreute im Anfang des Winterhalbjahrs der Herr Etatsrath ***Trede***, R. v. D., die Schule einige Tage mit seinem Besuch.

Die Frequenz der einzelnen Klassen belief sich

	I	II	III	IV	V	VI	Summa
Ostern 1853	4	7	12	12	23		58
Johannis 1853	4	7	12	12	23		58
Michaelis 1853	7	7	14	17	14	10	69
Neujahr 1854	7	7	15	17	14	10	70

*) Seitdem gewählt zum Rector des Gymnasiums in Görlitz.

Bericht über den im letzten Jahre ertheilten Unterricht.

BERICHT DES RECTORS. *Sommerhalbjahr* (nach dem vom Ministerium bestätigten Entwurf).

PRIMA. Deutsch 2 St. Latein 6 St.: Horaz Oden, Ciceros Verrinen, Lateinschreiben nach Seyfferts Palästra. Griech. 4 St.: Die ersten Rhapsodien der Ilias. Sophokles Ödipus Koloneus, Antigone.

SECUNDA. Deutsch 2 St.: Die Ballade (nach Echtermeyer).

TERTIA. Deutsch 2 St.

QUARTA. Latein 3 St.: Nepos. (*Schütt.*)

Winterhalbjahr.

PRIMA. Religion: Christl. Glaubenslehre: Lehre von Gott und der Weltschöpfung 2 St. Latein: Cicero de finibus lib I. und IV. 2 St., Tacitus: Vita Agricolæ 2 St., Lat. Exercitien und Extemporalien 2 St. Griechisch: Sophokles Philoktetes 2 St. Homers Ilias Rhap. VIII. IX. X. XVIII. XIX. Englisch: Coriolan von Shakespeare 2 St. Deutsch: Aufsätze, Lectüre von Göthes Torquato Tasso, Übungen im mündlichen Vortrage 2 St.

SECUNDA. Religion 2 St.: Lectüre der Paulinischen Briefe nach ihrer Zeitfolge, von den Thessalonicherbriefen bis zum Römerbrief.

Bendixen.

BERICHT DES CONRECTORS.

PRIMA. Griechisch 3 St.: bis Michaelis Platons Phædon, seit Michaelis Demosthenes 3 Olynthische Reden, über den Frieden, erste und zweite Philippische Rede; einige Idyllen des Theokrit. Mathematik 3 St.: bis Michaelis Algebra (Gleichungen ersten und zweiten Grades), seit Michaelis Trigonometrie nach Wigand. Physik nach Brettner 2 St., bis Michaelis die vier ersten Abschnittte (p. 1 — 112), seit Michaelis Optik (p. 162 — 224).

SECUNDA. Deutsch bis Michaelis: 1 St. wöchentliche Aufsätze. Griechisch 4 St.: 3 St. Lectüre Jacobs Attika p. 227 — Ende; als Privatlectüre und cursorisch Xenophons Cyropædie VII., VIII., Memorabilien I., II., Homers Odyssee XV., XVI.; 1 St. wöchentliche Exercitien nach Rost und Wüstemann 3ter Cursus. Mathematik 3 St.: 2 St. Planimetrie nach Wigand's erstem und zweitem Cursus, 1 St. arithmetische Übungen, grossentheils nach Meier-Hirsch und häuslichen Aufgaben; ausserdem für Nichtgriechen 2 St. und zwar Algebra 1 St., praktisches Rechnen 1 St. Physik nach Brettner 2 St.: Flüssige Körper (Schluss), luftförmige Körper, Akustik, Optik (p. 99 — 224).

TERTIA. Mathematik 2 St.: Planimetrie nach Wigand erster Cursus.

Klander.

BERICHT DES SUBRECTORS.

PRIMA. Hebräisch 2 St.: Die poetischen Lesestücke in Gesenius Lesebuch und die 12 ersten Capitel des ersten Buchs Samuelis. Geschichte 3 St.: Die neue ganz. Dänisch 2 St.: Die beiden ersten Bücher von Valdemar Seier.

SECUNDA. Hebräisch 2 St.: Gesenius Lesebuch und Grammatik. Geschichte und Geographie 3 St.: Neuere, darauf griechische mit der Geographie Griechenlands und erster Theil der morgenländischen. Dänisch 2 St.: Stücke aus Flors Lesebuch.

TERTIA. Latein 6 St.: Cæsar vom gallischen Kriege lib. IV. V. VI., Exercitien nach Grotefend und Grammatik nach Krebs. Geschichte 2 St.: Die neueste beendet und die alte bis auf Alexander den Grossen, mit Ausschluss der römischen.

Sörensen.

BERICHT DES COLLABORATORS.

Sommerhalbjahr.

PRIMA. Latein: Tacitus Annalen 2 St. Französisch: Lamartine, Jeanne d'Arc 2 St. Englisch: Macaulay, history of England 2 St.

SECUNDA. Griechisch: Odyssee 2 St. Latein: Cicero's Reden 4 St., Schreiben nach Seyfferts Übungsbuch 2 St. Französisch: 4 St.: Schwob-Dollé Chrestom. franç. II.

TERTIA. Französisch 3 St.

(*Vollbehr.*)

Winterhalbjahr.

SECUNDA. Latein: Virgil's Aen. I.—III., mit metrischen Uebungen nach Friedemann 2 St.

TERTIA. Religion: Luthers Katechismus. Griechisch 5 St.: Jacob's Elementarbuch und Homer, Formenlehre nach Buttmann, Exercitien nach Rost und Wüstemann.

QUARTA: Religiou 2 St. Apostelgeschichte St. Lucä, und Memor. nebst kurzer Erklärung der drei ersten Hauptstücke des Katechismus Luth. Einzelne Gesänge wurden aus dem allg. Gesangbuche gelernt, so wie sie zu den kirchlichen Festzeiten passten. Latein nach Kühner's Elementargrammatik. Tägliche Lectionen aus Cursus I — IV, Exercitien aus Cursus V, Lectüre aus den zusammenhangenden Lesestücken desselben Buches. Seit Ostern v. J. 6. St. Deutsch 4 St., seit Michaelis 3 St., Lehrbuch Heyse. Lectüre Wackernagel I. Regelmässige deutsche Aufsätze: theils Reproductionen vorgelesener Stücke, theils selbstständigere Behandlung leichter Themata. Geschichte 2 St. Repetition und Schluss der deutschen und der vaterländischen Geschichte. Seit Michaelis v. J. alte Geschichte.

Clausen.

BERICHT DES FÜNFTEN LEHRERS.

Sommerhalbjahr.

PRIMA: Religion: Acta Apost. 2 St.

SECUNDA. s. den Wintersemester-Bericht des Collaborators.

TERTIA. Latein: Ovid's Metamorphosen (Auswahl), 2 St. Geschichte: neueste Geschichte nach Kohlrausch chronol. Tabellen. Das Uebrige dem Wintersemester-Bericht des Collaborators gleich.

Clausen.

Winterhalbjahr.

PRIMA. Latein 2 St.: Horaz Oden Buch III und IV, jedes Buch in den einzelnen Oden so dem Inhalt nach gruppirt, dass einige wenige, die sich für die Lectüre nicht eigneten, übergangen wurden. Französisch 2 St.: Molière's Avare, Tartuffe, Le malade imaginaire. — Exercitien nach Gutzkow's Patkul.

SECUNDA. Latein 6 St: 4 St. Sallust's Jugurtha, am Schluss des Semesters ganz wiederholt. 1 St. Exercitien nach Seyffert's Uebungsbuch für Secunda. 1 St. Lateinische Extemporalia und Grammatik. Griechisch 2 St.: Homer's Odyssee lib. 12. 13. 14. Deutsch 2 St.: 1 St. Aufsätze und Hersagen auswendig gelernter Balladen von Göthe, Schiller, Uhland. 1 St. Lectüre von Schiller's Piccolomini. Französisch 3 St.: 2 St. Lectüre nach Schwob-Dollé Chrestom. franç. 2. curs. p. 1 — 100. Exercitien nach Schiller's „Neffe als Onkel", bearbeitet von Schnabel. 1 Parallelstunde für die Nicht-Griechen: Schwob-Dollé 2. curs. p. 178 — 236.

TERTIA. Latein 2 St.: Ovid's Metamorphosen I, 1 — 31. 89 — 150. 253 — 415. II, 1 — 240. Französisch 3 St.: 2 St. Lectüre nach Schwob-Dollé Chrest. franç. I. curs. p. 145 — 176. Exercitien nach Hirzels Grammatik. 1 französische Parallelstunde für die Nicht-Griechen: Fénélon's Télémaque.

QUINTA. Geographie 2 St.: Topische Geographie nach Roon: Asien und Europa.

Keck.

BERICHT DES SECHSTEN LEHRERS.

SECUNDA. Englisch 2 St.: Gelesen in Schütz Lesebuch für höhere Classen von p. 189 — 254. Daneben ein Exercitium wöchentlich nach Knorr's Anleitung, im Sommersemester. Im Wintersemester gelesen in demselben Buche von Anfang bis p. 44 und von p. 254 — 290. Exercitien wie im Sommersemester, jedoch nur eins jede vierzehn Tage.

TERTIA. Dänisch 2 St.: Lübker's Lesebuch, eine Auswahl aus Mallings store og gode Handlinger enthaltend, von p. 16 — 51. Englisch 2 St.: Marryat's Settlers von p. 210 — 298, mit Ausnahme von Cap. 35 und 36. Exercitien nach Knorr's Grammatik, im Sommersemester. Im Wintersemester Dänisch 2 St.: Gelesen in Lübker's Les buch von p. 51 — 104. Statt der Exercitien bisher mündliche Sprachübungen und Retrovertiren. Englisch 3 St.: Marryat's Settlers von Anfang bis p. 66 (2 St.). Parallel (1 St.) von p. 298 — Ende in Marryat und Cap. XXII und XXIII. Exercitien nach Knorr's Grammatik.

QUARTA. Französisch 3 St.: Gelesen in Ahns Lesebuch für untere Klassen von Anfang — p. 11 und einige Anekdoten von p. 15 an mit der Unterabtheilung und II. Cursus p. 29 — p. 51 mit der Oberabtheilung (2 St.). Exercitien 1 St. wöchentlich nach Hirzels Grammatik I. Cursus resp. von Anfang — p. 85 und von p. 114 — 199. Dänisch 2 St.: Flor's kl. Lesebuch nebst Grammatik für Anfänger, gelesen bis p. 126 und daneben Grammatik und gram. Uebungen, im Sommersemester. Im Wintersemester Französisch 2 St.: Gelesen Ahn's Lesebuch von p. 51 — 77, und mit den Anfängern aus dem I. Cursus die Anekdoten von p. 15 an. Exercitien nach Hirzel, seit Neujahr eins wöchentlich aus dem I. Cursus resp. von p. 199 — zu den irregulären Verben und von p. 85 — 112 zu den Pronomen. Dänisch 2 St.: Flor's Lesebuch von p. 126 — Ende, und die Anfänger von p. 83 an die Anekdoten — p. 93.

QUINTA. Latein 9 St.: Davon hatte die erste Abtheilung 5 St. wöchentlich und es wurde mit derselben der III. Cursus in Kühner's Elementargrammatik absolvirt und überdies von den Lesestücken hinten die Abschnitte I, II und IV, 1, 2 bis Nr. 10 inclus. gelesen. Exercitien einmal wöchentlich aus Cursus III. Die zweite oder Unterabtheilung absolvirte in 4 wöchentlichen St. den ersten Curs. in Kühner. Exercitien einmal wöchentlich aus Curs. I. Deutsch 4 St. 1 St. wöchentlich einen kleinen Aufsatz, meist schriftl. Wiedergabe von Vorgelesenem oder Erzähltem. Eine Stunde grammat. Uebung nach Kolsters Grundbegriffen, hauptsächlich in der Weise, dass dadurch das Erlernen des Latein. unterstützt und gefördert wird. Eine dritte Stunde fiel vorzugsweise der Orthogr. zu und die vierte dem Lesen etc. in Wackernagels Lesebuch Thl. I. Geschichte 2 St.: Von Abschn. V, 4 in Grubes „Charakterbildern" bis Ende des 1sten Theils und der alten Geschichte, im Sommersemester. Im Wintersemester: Latein 7 St., von denen 2 der ersten Abtheil. allein zufielen. In derselben wurde wieder der III. Curs. in Kühner absolvirt und von den zusammenhängenden Stücken hinten der I. Abschn. „Fabeln" gelesen. Exercitien, wie oben aus demselben Cursus. Die Unterabth. absolvirte in den combinirten Stunden den I. Cursus, wie oben. Exerc. nach demselben Cursus. Deutsch 4 St., wie oben. Geschichte 2 St.: Die erste Hälfte der alten Geschichte nach Grubes „Charakterbildern", so dass jetzt die ganze Classe nach diesem Buche die alte Geschichte gehabt hat.

Bahnsen.

BERICHT DES SIEBENTEN LEHRERS.

TERTIA. Physik 2 St. nach Brettner. Im Sommersemester: Von den allgemeinen Körperphänomenen, von der Ruhe und Bewegung im Allgemeinen und von den festen Körpern. Im Winter von den flüssigen und luftförmigen Körpern Geographie 2 St. Im Sommer Afrika, im Winter Asien. Rechnen 1 St. (Parallelklasse 3). Schreiben 1 St. Singen 2 St., kombinirt mit Quarta und Quinta.

QUARTA. Naturkunde 2 St. Im Sommer Botanik, im Winter Anthropologie. Geographie 2 St. Im Sommer Europa in physikalischer Hinsicht, im Winter den politischen Theil mit Ausschluss Deutschlands. Arithmetische Vorübungen 1 St. Rechnen 3 St. Schreiben 2 St. Singen s. oben.

QUINTA. Biblische Geschichte 3 St.: Das neue Testament St. Michaelis abgegeben. Geographie 2 St.: Die erste Hälfte der topischen Geographie nach Roon

Bis Michaelis. Naturkunde 2 St., kombinirt mit Quarta. Rechnen 4 St. Schreiben 3 St. Singen 2 St. s. oben.

SEXTA. Rechnen 2 St. Schreiben 6 St. Singen s. oben.

Kuphaldt.

BERICHT DES ACHTEN LEHRERS.

TERTIA. Deutsch 2 St.: Erklärung und Declamation deutscher Gedichte (Echtermeyer), Aufsätze, Grammatik, wenn Zeit dazu übrig war.

QUARTA. 3 St. Lectüre des Nepos von Cimon bis Alcibiades. (incl.) Die Uebersetzungen meistens retrovertirt.

QUINTA. Biblische Geschichte 3 St.: Bis zum Auszug Israels aus Aegypten Daneben wurden die 5 Hauptstücke des lutherischen Katechismus gelernt, mit gelegentlicher Erklärung derselben: von einigen Schülern bis zu Ende, von andern nur bis zum dritten Hauptstück, ferner Gesänge und Psalmen.

SEXTA. Biblische Geschichte 4 St.: Bis zur Geburt Moses. Von einigen Schülern wurden drei Hauptstücke des lutherischen Katechismus gelernt, die hie und da von mir erklärt wurden, von andern nur das erste, auch Gesänge und Psalmen. Deutsch 5 St.: Lebensbilder. Die ersten 30 Erzählungen wurden vorgelesen und dann frei erzählt, die Kleinen übten sich während der Zeit im Abschreiben aus Wackernagel. Aus demselben Buche wurden von beiden Abtheilungen Gedichte auswendig gelernt. Aus dem Briefschüler von C. Schaeffer wurden von den Fähigern vorgelesene oder vorerzählte Briefe frei nachgeschrieben. Rechnen 5 St.: Aus dem kleinen Sass, nebst Rechnen mit Ziffern auf der Tafel. Latein 4 St.: Uebersetzung, Exercitien, Grammatik nach Kühner's Elementargrammatik.

Ehlers.

Oeffentliches Examen.

Die öffentlichen Prüfungen werden

am Dienstage, dem 4. April, Vormittags von 8 — 10 Uhr,

mit der Sexta,

Vormittags von 10 — 12 Uhr,

mit der Quinta,

Nachmittags von 2 — 4 Uhr,

mit der Quarta;

am Donnerstage, dem 6. April, Vormittags von 8 — 10 Uhr,

mit der Tertia,

Vormittags von 10 — 12 Uhr,

mit der Secunda;

am Freitage, dem 7. April, Vormittags von 9 — 11 Uhr,

mit der Prima

gehalten werden, und der Unterzeichnete ladet die Eltern und Angehörigen der Schüler, sowie alle Freunde der Schule zur Theilnahme an diesem Akt geziemend ein.

Bendixen.

Druck von S. W. Hirt in Ploen.